poſt tot amaritudines. Philoſophica vox
eſt q oppoſita iuxta ſe poſita magis eluce/
ſcunt. dies ex nocte. dulcor ex felle. ſanitas
ex īfirmitate. vigilie veritas ex ſomniorum
deluſiōe fit aptior. vera ſenſatio ſapiētie pꝰ
freneſim vel reuerſatōem ſtulticie/ dū vigi/
lans ſe habꝫ vt ſomnians. ſed ḡra reddita
reddit pariter ⁊ ſenſum verū in ꝟtutis vigi
lia conſtitutū. ¶ Exaltat̄ poſtremo liberatꝰ
a temptatōe. q̄ ſpecioſitas reddit̄ amplior
in ſpe fide ⁊ charitate ꝑ afflatū ſctiſpūs. cō
trariū aq̄lonis impulſibꝰ. ſic optabat apo/
ſtolus fieri. Dn̄s inq̄t ſpei replebit vos in
omni gaudio ⁊ pace in credēdo /vt abūde/
tis in ſpe ⁊ ꝟtute ſpūſſancti. q̄ virtus ē cha
ritas. Ecce tres filias. Sciūt liberati poſt
impulſus fidelitatis ⁊ deſpatōis /q̄ſ ſerenꝰ
poſtmodū fidei radiꝰ /q̄ſ certus innixꝰ ſpei.
q̄ſ iocundior charitatis ardor ſubſequūt̄.
dum depoſitis de ſede potentibꝫ ꝑus aīam
vexantibꝫ /fit dn̄o liberante quod ſequitur.
Exaltauit hūiles. fit ⁊ ḡrazactio ꝑ canticū
Magnificat aīa mea dominū ⁊c̄.

Finit Centilogiū de impulſibꝫ. ⁊ ſubiū
gunt̄ tractatus de theologia myſtica q̄ ſatiſ
faciant tercie parti ꝓmiſſiōis facte in ꝓhe/
mio ſex lectionū

# Incipiūt conſidera

tiōes venerabilis ac egregij ſacre theologie
ꝓfeſſoris magiſtri Johānis de Gerſon cā
cellarij eccl'ie pariſieñ. ď myſtica theologia

## Prologus

R Enitemini ⁊ credite euāgelio
Marci. i. Aſtrixit me promiſ
p ſio nouiſſima illō aggredi qō
veſtrā expectatōnem repetere
nūc ſentio. oſtēdere ſcilicꝫ An
cognitio dei meliꝰ ꝑ penitentē affectū q̄ſ ꝑ
intellectū inueſtigantē habeat̄. Ubi enim ď
beo. ſi forte pijs aſpirāte conatibꝫ deo /po/
terit ſtudiū meū eatpa ad cōmunē intelligē
tiam deducere que ſuꝑ theologia myſtica/
hoc eſt occulta diuinus tradidit Dyoniſꝰ
edoctus nō dubiū ab illo q̄ ait Loquimur
ſapientiā apud ꝑfectos /ſapientiā in myſte
rio que abſcondita eſt. Conari ꝑterea medi
tor ſi ea que de contemplatōe. meditatione.
raptu. extaſi. et de exceſſu mentis. de diuiſi
one ſpūs et anime ⁊ ſimilibꝫ /doctores ele/
uati ſcriptis reliquerūt. poterint ita palam
fieri et quodāmodo reuelari. vt alij ab exꝑ/
tis quales rari ſunt poſſint intelligere aut
ſaltem fixe credere ſanctos illos viros ha/
buiſſe ſcientiā longe altiorē a natura ꝯmu/
ni. quos ad ſuꝑmentales rapuit exceſſus
diuina cōtēplatio Dicā vero quod freq̄ns
eſt apud vnūquēqꝫ in aggreſſu alicuiꝰ vel ī
ſoliti vel ardui. trahi q̄ppe ſolet animꝰ ī va
rias ꝑtes ꝑ varietate rationū opis. Cōperi
ħ ipſe pluries /noīatim ī re ꝑſenti. ¶ Tracta
turꝰ itaqꝫ materiā qua nulla ſublimior eſt/
nulla diuinior /ſed nec vlla queri difficilior
ſicut nulla poteſt ſalubrior inueniri. vtpote
in qua noſtre felicitatis cardo figit̄. Cōtre
mui ad aſpectū maieſtatis huiꝰ ſapientie/
verens ne ꝑſcrutator eius volens fieri oppꝛ
merer a gloria. Dehinc expaui ne ſuꝑba ꝑ/
ſumptio vexaret me. Quis enī magna mo/
liens nō impugnat̄ ab ea. Extimui deniqꝫ
ne de curioſa ſingularitate notarer quā du/
abus vltimis lectōibus ſceleris cōdemna
ui. ¶ At vero poterāt hec turbare retroqꝫ fle
ctere pedes mee inueſtigatōnis ne ꝓgrede/
rer /ſi de ſolis viribꝫ proprijs cōfiderē. ⁊ ň
in eo qui dicit. Querite dn̄m ſꝑ. Si pre/
terea conſtrictꝰ duplici officio publico nō
deterrerer /aſpiciēs damnatōem ſerui pigri
abſcondentis talentū dn̄i ſui. audiēs quo/
qꝫ angelū apud Thobiā q opera dei reue/
lare ⁊ confiteri honorificū eſt. Deniqꝫ ſi ꝑ/
timuiſſet ſapiēs ea q̄ cōmemoramus non
dixiſſet de ſapiētia. Quā inq̄ens ſine fictōe
didici ⁊ ſine inuidia cōmunico. ⁊ honeſta/
tē illiꝰ nō abſcondo. ¶ Quod autē de iactā/
tia additū eſt. vtinā q̄ gloriat̄ in dn̄o gl'iet̄.
Quis aſſecurabit̄ hō viuēs ſuꝑ terraꝫ etiā
ſi ſupra aſtra celi poſuerit nidū ſuū/ etiaꝫ ſi
in lecto cōtemplatōis dormierit. etiā ſi mā
na deuotōis abſconditū guſtauerit. Quid
hec oīa: Quis nō expaueſcat horrore ve/
hemēti qn̄ a celi palacio detractꝰ ē lucifer a
medio lapidū ignitorū ī ſterq̄liniū dānatōiſ
Qn̄ ī die illa duobꝫ exn̄tibꝫ ī lecto vnꝰ aſſu/
met̄ ⁊ aliꝰ relinq̄t̄. Qn̄ demū filij iſrl' ꝓſtra/
ti ſunt ī deſerto q̄ pane celi veſcebāt̄ ⁊ inimi
cos ſuos eos q̄ mētiti ſunt ei cibauit dn̄s
ex adipe frumēti/ ⁊ de petra melle ſaturauit
eos. ¶ Ue mihi ſi gl'iaꝫ meā q̄ſiero. illa pror
ſus nihil ē. illa nihilominus ꝯdēnabit me.
¶ Ue ſi gl'iatꝰ fuero ī dānatōe mea ⁊ ī nihilo
terreat ap'lica tuba. Si inquit habuero ꝓ/
phetiā ⁊ noueri myſteria oīa ⁊ oēꝫ ſciaꝫ. ⁊ ſi

habuero oēƺ fidē. ita vt mōtes trāſferā/cha
ritatē āt nō habuero nihil ſū. Quis āt cert⁹
eſt ſine miraclo charitatē ſe hr̄e? Quid ſcis
paup̱ homūtio ſi lumē aliquod intelligētie
aut aliq̄s tepoꝛ tenuis deuotiōis videt̃ da/
re tibi ſeruo neq̄ƺ. ꝛ hoc ad vtilitatē alioꝝ vt
illuminent̃ vel caleſcāt. tu ꝓ̄o inſtar cerei ac
cenſi redigeris in cinerē. ¶ Auerte h̄ miſeri/
cordiſſime deus. ꝛ ſi de te loquenduƺ ē. ſi in
te exultandū/exultemus cū tremore. ꝛ doce
amus cū hūilitate q̄rēdo vnicā gl'iaƺ noīs
tui p̱ ſeruos tuos dn̄os ꝛ frēs meos/q̄bus
ideo de ſecretis ſapīe tue loq̄ velle mihi vi/
deoꝛ vt dimiſſis interiƺ ſterilioꝛibꝫ ſtudijs/
diuaricātibꝫ aīm ad multa/inflāmet eos ꝟ
bum ſpūs tui q̄rere te ī ſimplicitate cordis
Intelligere poꝛro q̄le ē illud. Uacate ꝛ vi/
dete q̄m̄ ſuauis ē dn̄s. Stimulent̃ poſtrēo
ipi nō ita ſoli tradere ſe intellectui ipm eru/
diēdo ꝙ affectus aridus/imo paſſionibus
hoꝛreſcēs ꝛ ſoꝛdeſcēs deſerat̃. Nā apud q̄s
alios aut q̄nā potius loco altero doctrina
hec de theologia myſtica tradi pōt? O, ſi
hoc ipm attigere qđ opto denegatū fuerit/
ignoſcat pctis nr̄is deus/ꝛ piū qđ hr̄e mi
hi videoꝛ deſideriū aut tollat ſi ipiū eſt et ſi
falloꝛ/aut ſi recte ꝯſcius ſuƺ iuſtificet me in
iuſtificatōibꝫ ſuis ille q̄ deſideriū pauperū
exaudit/ꝛ p̄patiōeƺ coꝛdis eoꝝ audit auris
ſua. Judicare pup illo ꝛ hūili vt nō appo/
nat vltra magnificare ſe hō ſup̱ terrā. ¶ His
itaq̄ƺ p̄locutis p̄cipue ad fodiendū de ꝓfun
do hūilitatis locū q̄ ſine collapſu tota dicē
doꝝ fabrica ſolidet̃. Et ab oꝛōe moꝛe diui/
ni dionyſij ſumēdo exoꝛdiū explicabo ma/
teriā diſiūcti ꝯſideratōes ſeu annotatōes
in modū capl'oꝝ q̄tinus auditoꝛ recreet̃ in
teruallis/ꝛ nō ꝯtinua ꝯfuſaq̄ƺ locutōe laſſe
tur. Nihil q̄ƺ noui allaturus ſum qđ neq̄at
in alijs ſcōꝝ libꝛis īueniri/ab eis nimirum
q̄d omiſſum eſt. ſƺ eoꝝ ſn̄ias meo oꝛdine ac
ꝟbis explicabo. ¶ Tractat⁹ iſte de myſtica
theologia. xliiij. ꝯſideratiōes ꝯtinet/ꝛ octo
p̱tes hƺ ſeu materias p̄ncipales. ¶ Pr̄ia p̱s
eſt de q̄buſdā p̄ambulis ad theologiā my/
ſticā/a p̄ma ꝯſideratōe vſq̄ƺ ad nonā inclu
ſiue. ¶ Scd̄a eſt de natura aīe rōnalis ꝛ ſex
potētijs eı⁹ a nona ꝯſideratōe vſq̄ƺ ad deci
māſeptimā. ¶ Tercia ē de lumīoſitate dicta
rū potētiaꝝ a decimaſeptīa ꝯſideratōe vſq̄ƺ
ad viceſimāp̄rimā. ¶ Quarta de ꝯtēplatōe
meditatōe ꝛ cogitatōe a viceſimap̄ma vſq̄ƺ
ad. xxvi. ¶ Quita de tribꝫ oculis aīe ꝛ de tri
bus affectōibꝫ coꝛreſpōdētibꝫ in. xxvi. ꝛ. xx
vij. ¶ Sexta ē de acq̄ſitiōe theologie myſti/
ce ꝛ de decē eı⁹ differētijs ad theologiā ſpe
culatiuā a. xxviij. vſq̄ƺ ad. xxxv. ¶ Septīa
eſt de amoꝛe ꝛ eı⁹ triplici ꝓp̄etate. ꝛ ibi đ ra
ptu ꝛ extaſi a. xxxv. vſq̄ƺ ad. xl. ¶ Octaua eſt
đ vi amoꝛ̄ƺ q̄ amātē vnit cū deo ꝛ ſtabilitat
ꝛ req̄eſcere facit a q̄dragesima vſq̄ƺ ad finē.

## Sequitur prima cō

ſideratio de triplici theologia. ſ. ꝓp̄a ſymbo
lica ꝛ myſtica.

a Liq̄ eſt theologia myſtica vltra
eā q̄ vel ſymbolica vl' ꝓp̄a noīat̃
Ita em̄ ſepate tractauit đ ea ſub
ꝓp̄o titulo btūs Diony. a ꝯſcio diuinoꝝ ſe/
cretoꝝ paulo doct⁹. Cū em̄ ſcp̄ſiſſet đ theo
logia ſymbolica q̄ vtit̃ coꝛp̱eis ſil'itudinibꝫ
trāſlatꝫ ad deū vt ꝙ ē leo lux agnus lapis ꝛ
ſil'ia ſ̄m quā dı̄ de⁹ oīnomi⁹. Cū p̄terea tra
didiſſet theologiā ꝓp̄iā p' quā ex effectibꝫ
reptis in creaturis p̄ſerti p̱fectioꝛibꝫ ad ex/
tra ꝯſurgim⁹ ad affirmāduƺ aliq̄ de deo. vt
ꝙ ē ens ꝛ vita a q̄ oībꝫ deriuatū ē eſſe ꝛ vi/
uere. Tandē addidit modū īueniēdi deū p̱
fectioꝛē ceteris q̄ p̱ abnegatōeƺ ꝛ p̱ exceſſus
mētales tāq̄ƺ in diuīa caligīe videat̃ de⁹. h̄
eſt ī occulto ꝛ in abſcōdito vbi poſuit tene/
bras latibulū ſuū qđ attēdēs vn⁹ ex ꝓphis
ſub aſſertōe clamauit. Uere tu es de⁹ abſcō
ditus. ꝓpt̃ea h̄ liber intitulat̃ de theologia
myſtica. Myſticū aūt interp̄tat̃ abſcōditū.
Primus liber deeſt apud nos. Scd̄s aūt
de diuinis nominibus appellatur.

## Cōſideratio ſecūda

tractat abnegationē ſil'itudinem ꝛ explicat
Heologia myſtica īnitit̃ ad ſui
t doctrinā/expiētijs habitis ad ī/
tra ī coꝛdibꝫ aīaꝝ deuotaꝝ. ¶ Si
cut alia duplex theologia ex his
ꝓcedit q̄ extrīſec⁹ oñdūt̃. ¶ Cōcoꝛs ē oīuƺ
doctoꝝ ſn̄ia ꝙ theologia myſtica ꝓcedit p̱
abnegatōes vt ꝙ de⁹ nō ē leo bos lapis ꝛc.
Quis āt diceret ꝙ theologia myſtica ſolaƺ
abnegatōeƺ ꝯſectet̃ nihil reliquēs đ d[...]
ſitiue cognitū vel exptū? Et ſane cū aīa nō
nihil opet̃/ꝛ ñ nihil patiat̃ in tali ſtatu ꝯſti
tuta/vt aliq̄d expiat̃ neceſſe ē. Illa āt expiē
tia q̄ intrīſec⁹ hr̄ neq̄t ad cognitōƺ ītuitiuā
vel īmediatā deduci illoꝝ q̄ taliū īexpti ſūt.
quēadmodū null⁹ poſſƺ docere p̱fecta ītui
tiuaq̄ƺ ꝯgnitōe q̄ reſ ē amoꝛ apđ illū q̄ nūq̄ƺ

amaſſet. q̄ ſil'r res ē gaudiū aut triſticia. aut
alia ex paſſiōib9 intrinſecis aīe / ſi nūq̄ꝫ aliq̄
tali paſſiōe fuiſſet affectus. Hoc idē ꝺ cecꝭ
reſpectu colorū. et de ſurdis reſpectu armo
niarꝝ dici ſolet. ¶ Has ꝟo cognitōes experi
mentales de deo / interi9 vocāt ſcti varijſ no
minib9. ſicut ꝑ rei varietate ml'tiplicate ſūt
ſup numerꝝ. Uocant aūt ↄtēplatiōem extra/
ſim. raptū. liq̄factōem. trāſformationē. vni
onē. exultatōem. iubilū. ¶ Jubilū eſſe ſupra
ſpiritū. rapi ſcilicꝫ ī diuinā caliginē. guſta/
re deū. amplecti ſpōſum. oſculari eū. gigne/
re de deo. ⁊ parere ꝟbū. Introduci in diui/
na cellaria. inebriari torrēte voluptatis. cur
rere in odorē vnguentorꝝ ſuorꝝ. Audire vo/
cē ei9. intrare in cubiculū. in pace in idipſū
dormire ⁊ reqeſcere ⁊c̄.

## n Conſideratio tercia

anime ratōnalis capacitatē ⁊ indiciū po/
nit ⁊ idiote recte ſentiētis cognitōem docto
ꝓfert philoſopho.

t Heologia myſtica ſicut initit' ex
periētijs ꝑfectiori certitudīe co/
gnitis. Ita ꝑfectior atq̄ꝫ certior
debꝫ iudicari. ¶ Null9 ambigit
aīam ratōnalē ꝓcellere / tū ī eēntia / tū in vir
tute ⁊ opatōe / ſup q̄ſlibꝫ alias creaturas p9
angelos a q̄b9 miorata eſt paulomin9. Pro
pterea ſi ꝑ ea q̄ facta ſunt ↄgnoſcit' de9 / ſem
piterna quoq̄ꝫ virt9 ei9 ⁊ diuitas / ipe ſane ī
illis effectib9 vel ex illis ampli9 cognoſcet'
q̄s ꝑfectiores eſſe ↄſtat / ⁊ certi9 qꝛ certiores
Experimētū q̄ppe quale erit ab extrinſeco
certū ſi illꝺ quod ī itriſeco fit nō certiſſimū
ab aīa expiente iudicet'. ¶ Ex q̄b9 elicio pul
crū corollariū. Qꝫ ſi philoſophia dicat' ſci/
entia oīs ꝓcedēs ex expientijs / myſtica the
ologia ꝟe erit philoſophia. Eruditiq̄ꝫ ī ea
quomodolibet aliunde idiote ſint philoſo/
phi recta rōe nominant'. Inde chriſt9 exul/
tās ſpū Cōfiteor tibi inq̄t pater dn̄e celi et
terre qꝛ abſcōdiſti hec a ſapiētib9 ⁊ pruden
tib9 ⁊ reuelaſti ea ꝑuulis. Ita pꝫ qꝛ ſic pla/
citū eſt añ te / n̄ meritū. Un̄ ⁊ ſapiētia ꝑuul'
[illegible]ta ē / et lex dei paruulis dat intellectū

## Cōſideratio quarta

oſtendit nō poſſe quēq̄ꝫ ꝑtingere ad interi/
ora ſpūs niſi doctū ⁊ expientia refertū

t Heologiā myſticā q̄uis null9 at/
tingat ꝑfecte ignoratis ei9 ꝓncipi
is q̄ ꝑ expientiā interiorē accipiunt'
Non eſt tn̄ ab ei9 doctrina danda vl' accipi
enda deſiſtendū. ¶ Sil'itudo in ceterꝭ ſcien
tijs philoſophicis facit ꝓmā ꝑte eſſe ꝑſpi/
cuā. Ignorato q̄ppe q' ignis eſt calidus et
aq̄ frigida. aut q' eclypſis lune fit ꝑ interpo
ſitōem terre diametralit' inter ſolē ⁊ lunam.
⁊ ita de ſil'ib9 / ↄcluſiōes ex talib9 deducte / n̄
ſortirent' certitudinē. niſi q̄lis habet' de ꝓn/
cipijs aut minorē. Cognitio aūt ꝓncipiorꝝ
in caſu nr̄o ſi habet' / habet' ꝑ ſolaꝫ fidem et
credulitatē / ꝑ quā narrantib9 ⁊ expertis ↄſen
timus. ¶ Nihilomin9 ꝑ ſcd'a ꝑte cōſidera/
tōis addam9 q' pauce ſunt aut nulle ſciētie
naturales ad q̄s tractādas ⁊ addiſcendas
veniēt ml'ti q̄ taliū ſciētiarꝝ ꝓncipia accepe
rint ab expientia ꝓꝑa. Sed multa ex alio/
rū approbatis aſſertōib9 ꝓſupponūt. Sic
Ptolomeus in aſtronomia. ſic Ipocras ⁊
Galien9 ī medicina. Sic alij ī iſtꝭ ⁊ alijs ſciē
tijs ſtudioſi feciſſe q̄tidieq̄ꝫ facere cog̃ſcūt'.
Hoc viderūt Pithagoras Plato Ariſtote
les. ⁊ philoſoph9 nr̄ Paul9. Quorꝝ ꝓmus
indicebat diſcipul' ſuis vt ꝑ q̄nqueniū ſile/
rent ⁊ dictis ſuis crederēt. Ali9 dixit ſumen
dū eſſe ex credulitate cōpendiū. Terci9 ait
addiſcētē oportere credere. Quart9 ſimilia
pene ꝟba poſuit in diſſimili materia Opor
tet inquit accedentē ad deū credere

## Cōſideratio quinta q

arguit ꝓſumptōem in eruditis ⁊ intimā ex
perientiā ꝓfert oīb9 alijs iocūditate. ſapore
⁊ ꝑſpicuitate.

q Uia nēo ſcit q̄ ſunt ſpūs niſi ſpi
ritus q̄ in ipo eſt / ꝓpterea diſco
li ſunt / ⁊ nequaq̄ꝫ myſtice theolo
gie idonei auditores / q̄ nolūt cre
dere vt tandē intelligāt. ¶ Ueritas hec tum
ex ſeipa ꝓbat'. tū ex autoritate ꝓphetica ro/
borat' Niſi inq̄t credideritis nō intelligetꝭ.
tū deniq̄ꝫ ex ꝓcedēti ſatis patet. ¶ Illos e di
uerſo poſſibile eſt ml'ta cognoſcere ꝑ aliorꝝ
traditionē qui fidēꝫ ꝓſtabant eis q̄ ſcti viri
expti taliū aſſerūt / tā ī ꝟmone q̄ꝫ ī ſcꝓtura.
q̄b9 in nullo credere attēdite ꝓcor q̄ꝫ inciui
le q̄ꝫ diſcolū q̄ꝫ impiū. Eos itaq̄ꝫ fallere vel
le ceteros / nullo pacto ſuſpicari patit' eorū
veraciſſima ſanctiſſimaq̄ꝫ ꝓbitas. nulli lu/
cro / nulliq̄ꝫ honori inhiās. nec odio vl' alia
paſſiōe vicioſa laborās. Falli autē eos poſ
ſe in expientia taliter certa qualit' ꝓdiximuſ
q̄s putaret? ¶ Adde q' nō vn9 aut alter iſta
dicūt ſed mille. imo īnumere ſunt aſſertōes

taliũ cõcordiſſime dicentiũ theologiã my/
ſticã p experientiã itimã colligi/eã quoqꝫ lõ/
ge ſublimiorẽ/⁊ vltra ꝙ̃ dici valeat iocũdi
orẽ ſapidioremqꝫ ⁊ pſpicaciorẽ exiſtere ſupra
ceteras cogitatões ab extriſeco veniẽtes/tã
ꝙ̃ ille ſerpant iter hebetes ⁊ inertes. iſta lib
rimis alis circũuolans ⁊ euolãs ſupgredi
atur vniuerſa.¶Q; ſi null⁹ eſt q̃ ſibi diſcre/
di de ſuis experientijs interioribꝫ aſſerẽti fer/
ret equo animo ꝙ̃ inciuile ſit ⁊ irrõnabile/
imo ꝙ̃ deſtructiuũ oĩs ſocial' ꝯuictus iter
homines ſi tot ⁊ talibꝫ ſumme ꝓbitatis et
excellentie viris fides negeť. ipi viderint q̃
non credũt.

## Conſideratio ſexta

oſtendit affectões internas nõ poſſe ple/
narie verbis exprimi.

o Peratões interiores pſertim i
affectu non ita clare ꝓferũť/nec
ita poſſunt ſcriptis tradi ſic ſen
tiunť. Et hec eſt rõ quare apl'us
dixit ſe audiſſe archana ỽba/q̃ non licebat
homini loq̃/qm̃ illa min⁹ potuit tradere(be
ato Dyoniſio. exẽpli grã) ꝙ̃ accepat. Rur/
ſus btũs Dyoni. pl⁹ ꝯcepit ex ỽbis apl'icꝭ
ꝙ̃ ſcriptis derelinq̃re fas habuit. Cui⁹ rei
ſenſibile exemplũ ẽ in ſpecul' ſemet q̃dã or/
dine aſpiciẽtibꝫ. Obſcurior itaqꝫ eſt imago
in pmo ſpecl'o ꝙ̃ res ipa. imago deĩde pri/
me imagis ſubobſcurior eſt in ſcđo ſpecl'o.
⁊ ita deinceps in tercio q̃rto ⁊ ceteris. quſ/
qꝫ mutua reflexio ceſſet euaneſcens.

## Conſideratio ſeptĩa

ponit cauſam iudiciorꝫ quõ errať circa do
ctorũ traditões q̃ videnť ꝯtrarie/cum ſint
ſumme intelligibilibꝫ ꝯcordes.

p Oſſibile eſt hoĩem min⁹ expꝫ
deuotorꝫ affectuũ pl⁹ in corꝫ diſ
putatõe eruditũ inueniri. Capi
am⁹ ex ſil'itudinibꝫ argumẽtum
Medicina q̃dẽ multa ꝯtinet q̃ in ſol' expe
rientijs fundata ſumptaqꝫ ſunt. Attamen
nihil ꝓhibet quoſdã inexptos taliũ melio/
res eẽ ratiocinatores exptiſ. qm̃ i cecis a na
tiuitate põt ieſſe cognitio ratiocinatiua ma
gna de multis q̃ p viſum ſolũ pmit⁹ habi/
ta ſunt a multis alijs. Ita eni de beato di/
dimo ceco tradit interpres ei⁹ Hiero. ꝙ in
diſciplinis illis que viſu capiunť. vt ſunt
mathematice ſciẽtie fuit eruditiſſimus/q̃s
ſcias multos videntiũ ocul' ſuis cõſtat pe
nitus ignorare. Cur igiť in re nr̃a par euen
tus negabiť/vt hõ parꝫ vel nihil deuotus/
poſſit aliorũ deuotorũ ſcripta ſtudere/ꝯfer
re ad inuicẽ vnũ ex altero ꝯcludere vl' elice
re/impugnare vl' fulcire. Hoc itaqꝫ mõ de
fidei articulis vtiqꝫ nõ exptis quotidianũ
exerciciũ theologice ſcole facit. ¶Hec cõſi/
deratio iuncta ceteris facit ꝯcordiã iter di
cta ſanctorꝫ q̃ rixari videnť ad inuicẽ. q̃buſ
dam dicẽtibꝫ ꝙ ſoli boni et deuoti cogniti/
onẽ dei verã accipiũt/alijs cõtradicẽtibuſ
multos ex phis paganis. multos q̃ꝫ ex the
ologis neq̃ſſimis ſcire plura de deo nimirꝫ
cũ ipi demões credũt ⁊ ꝯtremiſcũt. Primi
itaqꝫ ꝺ ſcia expimentatiua theologie myſti
ce. Alij de ratõcinatiua theologie ſymboli/
ce vel ꝓpe vel etiã myſtice loq̃ volunt.

## Conſideratio octa

ua oſtendit fructũ hui⁹ libri. ⁊ quõ in ea er
ratur q̃ eã tradũt vl' tradiderũt. ⁊ quõ ſit vl'
a q̃bus examinanda.

e Xpedit ſcholaſticos viros etiã P
deuotõis exptoſ i ſcriptis deuo
tꝭ theologie myſtice diligẽter ex
erceri dũmõ credãt eis. Hoc iõ
diciť primũ/quia q̃s nouit ſi tandẽ ipis ex
familiari tali collocutõe aggenerabiť vt ſo/
let q̃dã amor ⁊ ardor expiendi ea q̃ ſola in/
terim fide tenẽt. ⁊ q̃ docta rõcinatõe ꝯferũt
ad inuicẽ. Ignitũ eloquiũ tuũ vehemẽter
ait ps. Et ſeru⁹ tu⁹ dilexit illud. Quis aũt
appropinq̃uerit igni et veſtimẽta ei⁹ nõ ar
deant vl' caleſcãt: ¶Rurſus ali⁹ fruct⁹ eſt p
illis quos pdicatio ſumpta ab hmõi doct
na poterit accẽdere ad amorẽ dei iã pconce
ptũ/remanẽte etiã frigido pectore ei⁹ q̃ loq̃
tur. vt ex voce pice que ſe nõ intelligit venit
hõ audiẽs ad ꝯcept⁹ ſil'es q̃les eſſent ſi vo
ces hmõi articl'ate ab hoĩe formareť. ¶De
niqꝫ ꝯptũ eſt ml'tos hr̃e deuotõem ſꝫ ñ ſm
ſciam. q̃les ꝓculdubio ꝓniſſimi ſunt ad er/
rores/etiã ſup indeuotos ſi nõ regulauerit
affectus ſuos ad normã legis xpi. Si pre
terea capiti ꝓpo/prope. ſ. prudẽtie inheſe/
rint/ſpreto aliorũ cõſilio. hoc in beg[ardis]
⁊ turelupinis manifeſtũ fecit expientia/dũ
itaqꝫ ſeq̃banť affect⁹ ſuos ſine regula ⁊ ordi
ne. poſtpoſita lege xpi. pſumptio neq̃ſſima
pcipitauit eos. vt dicerẽt hoĩem poſtꝙ̃ ad
pacẽ tranq̃llã ſpũs peruiſſet abſolutũ eſſe
legibꝫ diuiorꝫ pceptorũ. quã pacẽ i eis cau
ſabat ãgel⁹ ſathane trãſfigurãs ſei angelũ

lucis. hoc mõ ſimulãs pacẽ valde ſimilẽ illi
paci quã apl's dicebat oẽm exupare ſenſũ.
Propt̃ea neceſſe eſt ꝑ argutõe aut directõe
taliũ eſſe viros ſtudioſos in libꝛis eoꝝ q̃
deuotõem habuerũt ſm ſciam. ¶Eos ni/
hilominꝰ cõmonitos velim ne citiꝰ debito
dãnare pſumãt pſonas deuotas ſimplices
ĩ ſuis affectibꝫ admirãdis vbi nihil aduer
ſum vl' fidei vl' bonis moꝛibꝫ palã inueni/
unt. ſʒ aut venerent̃ incognita ſub ſilẽtio ſu
ſpenſam tenẽtes ſniam. aut ꝯſilio peritoꝛũ
examinãda remittãt. ꝑitioꝛes aũt ſunt q̃s
vtraqꝫ ĩſtructio reddit oꝛnatos vna intelle
ctus et affectꝰ altera. q̃les fuerũt Augꝰ. ſan
ctus Tho. Bonauẽtura. Guilhelmꝰ pari
ſiẽſis. ⁊ ceteroꝝ admodũ pauci. Cuiꝰ rari
tatis cauſaʒ ĩferiꝰ afferre conabimur. ¶De
niqꝫ additũ eſt ĩ ꝯſideratõe / dũmõ credant
eis. Alioq̃n ipi talia ſcrutãtes ꝯ̃ficerẽt ſcru
tinio. et nõ niſi laq̃os infidelitatis ſibimet
acq̃rerent / et denſioꝛibꝫ tenebꝛis circũuolu
ti cecarent̃.

# Secũda pars pꝛin

cipalis eſt de natura aie rõnalis ⁊ ſex potẽ/
tijs eius. A nona ꝯſideratiõe vſqꝫ ad deci/
mã ſeptimaʒ. Oꝛdine ꝟo nona ꝯſideratio
modũ oſtendit ꝓcedendi in hoc ope. exclu
ſis minus ſeruiẽtibꝫ ꝓpoſito manent̃ circa
anime ꝓpꝛietates.

e Xpedit ad ipiꝰ theologie myſti/
ce cognitõem ſpeculatiuã acqui
rendã / naturã aie ratõnalis ⁊ eiꝰ
potentias tã cognitiuas q̃ʒ affe
ctiuas cognoſcere. ¶Cõſideratio hec de ſe
pſpicua eſt. quoniã ignoꝛata natura igno/
rant̃ eiꝰ paſſiones. ¶Poſitis ergo eis q̃ oñ
dunt aliquã eſſe theologiã myſticã / tradẽ/
do ſub q̃dã generalitate queadmodũ ꝓſit
⁊ ꝑ q̃bus ꝓſit ſuũ ſtudiũ eniti / volumꝰ ad/
ducere in cõmunẽ intelligentiã (ſi deꝰ annu
erit) qualis ſit hec theologia myſtica / ⁊ in q̃
vi anime reponit̃. qua rõe ꝯparat̃ / q̃ fructu
q̃ve fine ꝯquirit̃ / qđ fieri ignoꝛata aie natu
ra nullo pacto pt. ¶Et qm̃ doctrine modꝰ
optimus eſt ꝑ reſolutiuas abſtractões dũ
fiũt / vel vſqꝫ ad ꝓma ꝓncipia ꝑ ſe nota / vl'
vſqꝫ ad ſimplices reꝝ q̃dditates eas a cõ/
fuſiõe accidentiũ / et ab inuolutõne circum
ſtantiaꝝ foꝛinſecaꝝ denudãdo. placʒ h̃ lo/
co ipam ſimplicẽ aie ſubſtãtiã ſecernere qđ
ammodo ĩ varias denoiatões / iuxta mul/
tiplicitatẽ effectuũ ab ipa eadẽ ꝓducibiliũʒ
vt dicat̃ talis. q: taliũ elicitiua eſt. ⁊ altera
q: alioꝛũ. ¶In hoc itaqꝫ mihi vident̃ foꝛ/
malizãtes agere laudabilit̃ docte / ⁊ acute /
qꝫ reſolutões hmõi q̃ant fieri queadmodũ
apud mathematicos abſtractio a motu et
a materia. fit etiã abſtractio puncti a trina
dimẽſiõe linee a duplici ⁊ ſupficiei ab vna
Attñ dũ affirmãt vltra qꝫ p̃ter oẽm opatõ
nem intellectus illa ſunt in rebꝫ talit̃ penitꝰ
q̃liter intellectꝰ abſtrahens ea imaginat̃ / qꝫ
ſunt vniuerſaliter / qꝫ diſtincte eternal'ꝛ ⁊ ce/
tera ſilia. Ego ꝓculdubio tota ſnia diſſen/
tio ab eis / q: nõ intelligo q̃ rõe iſtđ dictũ ꝓ
ſertim in diuia ſimplicitate ꝑ ꝟo poſſit vl'
ſano ſuſtineri / neqꝫ ꝓpt̃ea abſtrahentiũ eſt
mendaciũ. qm̃ ⁊ ſi nature reꝝ ſic ſe habeãt
vt intellectꝰ negocians circa eas poſſit vti
talibꝫ abſtractõibꝫ ad faciliorẽ. intelligẽtiã
nihilominꝰ ſcire debent nõ taliter diſtigui
rẽ eadẽ q̃lit̃ pt eam intellectꝰ indiſtinctã ſe
cernere. Alioq̃n res eadẽ a ſeipa reali diſtin
ctõe differret. Ita enĩ pt intellectꝰ ꝯcipe (ex
empli grã) qꝫ volũtas ꝓductiua volitõnis
differt realit̃ a voluntate que volitionẽ eli/
cit / ſicut qꝫ in eadẽ eẽntia aie / intellectus ⁊
volũtas exñtes ab eadẽ eẽntia quõlibet ex
pte rei diſtinguũt̃. Sed hec mat̃ia minus
vtil' eſt q̃ʒ vt nos ſua ĩpugnatõe lõgioꝛi ſer
mone detineat. Ab artiſtis p̃terea logic̃ et
methaphiſicis potiꝰ q̃ʒ a theolog̃ pſuppo
nẽda vẽtilãdaqꝫ ẽ. pſertim dũ de theologia
myſtica ſmonẽ habeamuſ. ¶Dicamꝰ g̃ de
aĩa rõnali qꝫ ipa ꝑ diuerſitate officioꝛũ ⁊
agibiliũ diſtinctas vires habʒ. diſtĩctas in
quã nõ re ſed noie. Ita eĩ ꝟtuoſa ẽ / ita fecũ
da qđãmodo ipa eadẽ exiſtẽs / queadmo/
dũ ſi contineret in ſe tales ꝟtutes realit̃ vl'
aliter ex pte rei differẽtes. imo eo amplꝰ q̃
virtus nõ tã vnita q̃ʒ vnita foꝛtioꝛ eſt ſeip
ſa diſpſa. ſicut ſapiẽtia ĩ deo pfectioꝛ eſt ſm
deductõem / vt Augꝰ. vult locis pl'imis de
trinitate. q: eſt foꝛtitudo / iuſticia ⁊ bonitaſ.
⁊ ita de ceteris pfectiõibꝫ q̃ʒ ſi ab eis q̃libet
diſtinctõe ſecernat̃. Qui alit̃ capiũt viderit
q̃ʒ recte. Ego ſane nõ capio. ¶Attñ ſic vta/
mur in ꝓpoſito q̃ſi vires aie eẽnt penitꝰ in
natura diſtincte / diuidẽtes ꝓmo aĩam rati
onalẽ in ĩtelligentiã ſimplicẽ. ſcđo in rõeʒ.
tercio in ſenſualitatẽ vl' aĩalitatẽ vel poten/
tiã cognitiuã ſenſualẽ. ⁊ h̃ q̃ ad vires cogni
tiuas / et quo ad affectiuas ꝓpoꝛtionabili
ter. Primo in ſynderiſim ſeu mentis apicẽ
Secundo in volũtatẽ vl' appetitũ rõnalẽ.

Tercio in appetitũ aĩalem. quarũ virium inde mox docebimus ꝓprias ratões

## Conſideratio decima

ſimplicitatẽ ĩtellect⁹ explanat, put dicit̃ lux aĩe ⁊ angelo ſil'is/ ⁊ dei capax. ⁊ quõ varijs noib⁹ in ſcripturis ſignificet̃.

Ntelligentia ſimplex ẽ vis aĩe cognitiua ſuſcipiẽs ĩmediate a deo naturalẽ q̃ndã lucẽ in q̃ ⁊ ꝑ quaȝ ꝑncipia ꝑma cognoſcũt̃ eẽ vera ⁊ certiſſima/ terminis appꝛ̃hẽſis. ¶ Principia hmõi nominant̃ aliq̃n dignitates/ aliq̃n ꝯmũes animi ꝯceptões. aliq̃n regule ꝑme incõmutabiles et ĩpoſſibiles alit̃ ſe habere. vt ꝙ de q̃libet affirmatio vl' negatio. ꝙ totũ eſt mai⁹ ſua ꝑte. ꝙ intellectiuũ ꝑfecti⁹ eſt nõ intellectiuo. ꝙ ſpũale corꝑali ceteris parib⁹ digni⁹ eſt. ꝙ ſi hõ ĩtelligit/ hõ viuit. ⁊ ſimiles. Qualis ṽo ſit illa lux naturał dici pt̃ ꝓbabilit̃/ aut ꝙ eſt aliq̃ diſpoſitio cõnaturał ⁊ cõcreata aĩe. quã aliq̃ vocare vident̃ habitũ ꝑncipiorũ. vel ꝓbabili⁹ ꝙ eſt ĩpamet aĩa exiſtens lux q̃dam intellectuał nature deriuata ab infinita luce ꝑme intelligentie q̃ de⁹ ẽ. de quo Johẽs. Erat lux vera q̃ illuminat oẽm hoiem venientẽ in hũc mũdũ. Et ps. Signatũ eſt ſuꝑ nos lumẽ vultus tui dñe. ¶ Porro qꝛ ſm Dionyſium vij. ca. de diuis noib⁹. In ꝓgreſſu reꝝ a deo fit ꝯcatenatio q̃dam vt infimũ ſuꝑiorum ſit ꝑmũ inferioꝝ. Angel⁹ a q̃ minoratus eſt paulo min⁹ hõ/ q̃m ẽ intelligẽtia ſimplicioꝛ hoie/ habȝ in ſua natura illud q̃ſi infimum qđ hõ habȝ ĩ ſua natura ſuꝑmũ. vt ſm hãc intelligentie vim ꝯiũgant̃ abſq; medio alteri⁹ ſpeciei/ duo intellect⁹ angelic⁹ ⁊ humanus. Hoc tñ nõ ita accipiendũ putamus q̃ſi mediũ ſit aliqđ inter aĩam rõnalẽ ⁊ deũ. Contradicit enĩ Aug⁹. q̃ nihil eſſe superi⁹ mente nr̃a dicit ꝑter deũ. Attamẽ q̃s negauerit angelũ eo mõ recte dici ſuꝑiorẽ aĩa noſtra et deo ꝓximiorẽ q̃ ꝑfectioꝛ eſt: nullus vtiq;. Dicam⁹ idcirco ꝙ vterq; a deo eque ĩmediate tria ſuſcipit. q̃ ſunt natura' gratia ⁊ glĩa. Sed in reliq̃s ſicut eſt ĩter angelos hierarchicus ordo. ſic angeloꝝ ad homines ſm tres actus hierarchicos. q̃s freq̃nt̃ nominat Dyoniſi⁹. q̃ ſunt purgare. illuminare ⁊ ꝑficere. et hoc reſpectu grãrum ⁊ ꝑfectionũ ſecundaꝝ. ¶ Deniq; vis hec intelligentie ſimplicis q̃nq; nominat̃ mens. q̃nq; celũ ſuꝑmũ. q̃nq; ſpũs. quãdoq; lumẽ intelligentie. q̃nq; vmbra intellect⁹ angelici. quãdoq; lux diuĩa in q̃ ṽitas incõmutabiliter lucet ⁊ cernit̃/ nõnunq̃ ṽo ſcintilla vl' apex ratõnis.

## Conſideratio vndecima

ratõis vim exꝑmit quõ nũc ĩtellectui nũc ſenſualitati deſeruit. ⁊ duplici noĩe appellatur.

Ratio eſt vis aĩe cognoſcitiua deductiua ꝯcluſionũ ex ꝑmiſſis elicitiua quoq; inſenſatoꝝ ex ſenſatis ⁊ abſtractiua q̃dditatũ/ nll'o organo in oꝑatõe ſua egens. ¶ Hec deſcriptio ꝑ vltimã ꝑticulã notat differre ratõem a ſenſualitate q̃ vtit̃ organo. Per alias autẽ ab ĩtelligẽtia ſimplici ſecernit̃/ cui⁹ oꝑatio magis attendit̃ in receptõe cognitõis ſimplicis a ſuꝑiori luce deo/ q̃ȝ attẽdat̃ in deductõe ꝯcluſionũ. quod ẽ ꝓpriũ ratõnis. ſiue ꝑncipia ſumpta ſint ab exꝑientijs ꝑ ſenſus. ſiue illa ſibi ꝑſentauerit ab alto ſimplex ĩtelligẽtia. ¶ Ex hoc vero duplici vſu rõis nũc a ſuꝑiorib⁹ ꝑncipijs ꝑ ſe notis in lumĩe ĩtelligẽtie ſimplicis. nũc ab inferiorib⁹ q̃ ꝑ exꝑientiã acq̃runt̃. vt ꝙ ignis eſt calid⁹ ſortitur ratio duplex nomen. vt dicat̃ portio ratõis ſuꝑioꝛ. portio inferioꝛ. vt ꝑterea dicat̃ habere duas facies. vnã ad ſuꝑiora/ ad inferiora alterã. Immo ⁊ ex h̃ ponit̃ cõſtitui velut ĩ orizonte duoꝝ mũdoꝝ. ſpũalis .ſ. ⁊ corꝑał. ¶ Ceteꝝ portõem ratõis ſuꝑiorem noĩe viri. et inferiorẽ noĩe mł'ieris appellam⁹. Tãtum enĩ viuacitatis ⁊ ṽtutis habet rõ dum ſuꝑiorib⁹ intendit reſpectu illi⁹ quã ꝯtrahit ex inferiorib⁹/ q̃ȝtum vir a mł'iere differt ĩ ṽtute. ¶ Poſtremo ratõi q̃nq; alia nomĩa tribuim⁹. vt ꝙ eſt celũ mediũ in aĩa/ ꝙ ẽ ĩ vmbra intelligentie ſimplicis/ ſicut intelligẽtia ſimplex in vmbra angeli/ ⁊ angelus in vmbra dei.

## Conſideratio duodecima

diuidit ſenſualẽ virtutẽ quõ ꝑcipit interioribuſq; ſibi deputatis quõ trãſmittit lucide declarat.

Is cognitiua ſenſualis ẽ vis aĩe vtens in ſua oꝑatõe organo corporeo tam exteriori q̃ȝ inťiori ad ea que ſenſibilia ſunt ꝑ ſe vel per accidẽs cognoſcẽda. ¶ Continuo aperta eſt differentia hui⁹ ṽtutis ad duas ṽtutes ꝑcedentes. Cui⁹ multiplex eſt officiũ. multi

plex quoqꝫ appellatio. Nã cũ accipit ĩme/
diate motiones obiectales reꝝ exterioꝝ.et
ſic dicit̃ ſenſus exterioꝛ in q̃nqꝫ diſtinctus.
q̃ ſunt. viſus auditus. guſt⁹. olfact⁹. tactus
Aut recipit ĩmediate ſenſatões factas ĩ hiſ
quinqꝫ ſenſibꝫ iudicãs inter eas . ſic eſt ſen/
ſus cõmunis. Aut cõſequenter ex iudicijs
vel ſenſatõibꝫ factis in ſenſu cõmuni/ꝯpo/
nit et diuidit. et ſic dicit̃ imago vl' fantaſia.
vl' virtus formatiua. Et ſi ex ſenſatis elicit
inſenſata hanc eſtimatiuã nominamus. q̃
de ꝓficuo vl' nociuo dijudicat. Due pre/
terea ſunt vires retentiue ſpecieꝝ in abſen/
tia. Una ꝓ ſenſu cõmuni q̃ imaginatio qñ
qꝫ nominat̃. Altera ꝓ formatiua ⁊ eſtimati
ua/cui memorie nomẽ inditũ eſt. quarum
omniũ virtutũ cũ ſuis organis ãplioꝛ ma
nifeſtatio (quia ad p̃ſens negociũ iſta ſuffi
ciũt) ad naturales ⁊ medicos referat̃. ¶ Por
ro vis hec cognitiua ſenſualis nũcupatur
aliquãdo aĩalitas nõnunq̃ ſenſualitas. qñ
qꝫ celum primũ vel infimũ. qñqꝫ imagina
tio. quandoqꝫ vmbra ratõis . In qua rur/
ſus vmbra varij g̃dus ꝓ varietate ſuoꝝ of
ficioꝝ deſignant̃. Eſt itaqꝫ ſenſus exterioꝛ
nouiſſima lux potẽtie ꝯgnitiue q̃ deficit vl'
occidit in potẽtia ſolũ vegetatiua vl' nutri
tiua . dehinc ſenſus cõmunis (habẽs ſub ſe
hanc lucẽ quaſi ĩ vmbra ſua) reponit̃ ĩ vm
bra fantaſie. ſicut fantaſiã in vmbra eſtima
tiue. ⁊ hanc in vmbra rõis collocam⁹

## Conſideratio trede

cima agit de affectiuis potentijs ĩ genere ⁊
ſpecies earũ ſubdiuidit.

T c Uilibet potẽtie cognitiue corre
ſpondet ꝓportional' virtus af/
fectiua. Cum eñi appꝛ̃hendit̃ ali
quid a potẽtia quod eſt cõueni/
ens ſibi vel diſcõueniẽs/et ſub tali aliq̃ ra/
tione ſibi ſubijcit̃/experimur aĩam applaude
re quodãmõ ad hãc appꝛ̃hẽſionẽ ſi ſit cõue
niens vel vt cõueniẽs/et horrere ſi ſit vt diſ
cõueniens. Dicã ampli⁹ nullũ eſſe ens qđ
nõ habeat appetitũ ꝓportionabiliter ad fi
nem q̃ ſibi iure diuĩe legis debitus eſt. Sꝫ
nõ dicit̃ hic appetitus ꝓprie affectiuus p̃/
terq̃ȝ in rebꝫ cognitõe vigentibꝫ. Sũt igit̃
tres vires affectiue ꝓportionales cogniti/
uis. ſcꝫ ſynderiſis volũtas ⁊ appetitus ſen
ſitiuus.

## Conſideratio deci

maquarta ſynderiſim mentis diuidit eiuſ
qꝫ appꝛ̃henſionẽ ſꝫm quam tendit declarat
cũ nominibꝫ appropꝛiatis.

f Inderesis eſt vis aĩe appetitiua
ſuſcipiens ĩmediate a deo natu/
ralẽ quandã inclinatõem ad bo
num ꝑ quam trahitur inſeq̃ mo/
tõem boni ex appꝛ̃hẽſione ſimplicis intelli/
gentie p̃ſentati. Quẽadmodũ nãqꝫ ſe hꝫ in
telligẽtia reſpectu veri p̃mi ⁊ certi Ita ſyn
deriſis reſpectu boni finalis/ſine mixtione
malicie ſimpliciter p̃ſentati. ¶ Qm̃ ſimplex
intelligentia ſicut nõ p̃t diſſentire talibꝫ ꝟi/
tatibus agnitõe habita q̃d termini ſignifi/
cent. Ita nõ poteſt ſynderiſis nolle poſiti/
ue p̃ncipia p̃ma moraliũ dũ ſibi ꝑ intelli/
gentiã oſtenſa ſunt. Utrũ ꝟo poſſit ea non
velle hoc eſt in ſuſpẽſo ſe tenere cõis opinio
affirmatiuã tenet ptẽ. ¶ Iuxta h̃ tripliciter
vti poſſum⁹ noĩe ſynderiſis. Aut ꝓut eſt in
clinatio tal' de cu⁹ q̃dditate ꝓbabilitas eſt.
vtiqꝫ talis q̃lẽ de q̃dditate ſimplicis intelli
gentie poſuim⁹ . Aut ſynderiſis dicet actũ
hui⁹ virtutis cõſequentẽ ex appꝛ̃hẽſiõe hu/
ius intelligentie. Aut tercio dicit habitũ ex
actibꝫ frequentatis ingenitũ. ¶ Nõ ſec⁹ deĩ
telligentia diſtinctio ſe offert ꝓ ꝟtute vel ꝓ
actu eius vel ꝓ habitu ex actibꝫ derelicto.
Synderesim autẽ alijs nominibꝫ appella
mus. vel habitũ practicũ principioꝝ. vel
ſcintillã intelligentie rõe cuiuſdã ſue euola/
tõis et ardoꝛis ad bonũ vl' poꝛtionem vir
ginalem anime vl' ſtimulũ naturalẽ ad bo/
nũ/vel apicem mentis/vel inſtinctũ indeli
bilem. aut aliq̃ tali noĩe. vt ꝙ̃ ẽ celũ ſup̃muꝫ
in affectiuis potẽtijs. Et ita ꝓportionabi/
liter ad ea que de potentia cognitiua dicta
meminiſtis

## Cõſideratio. xv. va

rlat nomen appetitus. et ſꝫm hanc accepit
virtutẽ appetitus ratõnalis.

a Ppetitus rõnal' eſt vis aĩe affe/ U
ctiua apta moueri immediate ab
appꝛ̃hẽſione cognoſcitiua ratõis
Hic appetit⁹ ſi ſit reſpectu poſ/
ſibiliũ ⁊ ĩpoſſibiliũ noĩat̃ qñqꝫ voluntas.
Si cõſiderel̃ reſpectu act⁹ a ſe eliciti dicit̃
libertas. Si ſit reſpectu obiectoꝝ nõ fina/
liũ et poſſibiliũ/ dꝛ electio vel appetit⁹ de/
ctiuus. Et reſpectu actuũ ĩꝑatoꝝ dicit̃ ap
petitus dñatiuus vel executiu⁹. Si ſit vo
luntas exequendi ea que iã electa ſunt dicit̃

ꝓpoſitū. Et inclinatio ad hec exeq̄nda di‑
cit̃ ꝯſcia. Niſi dicam⁹ ꝙ ꝯſcia duo īportat
ſimul iudiciū ⁊ affectiōem comitē. Si ṽo
ꝯſiderem⁹ paſſiões motiuas hui⁹ appeti‑
tus rōnalis. ſic dicit̃ generali noīe appeti‑
tus rōnalis affectiuus/ vł affectio rōnalis
Si aūt fit reſpectu boni vel mali vt ſic ap
p̄henſi ꝑ rōem/ ipe appetit⁹ dicit̃ ꝯcupiſci‑
bilis. Si vero illud bonū vel malū p̄ſente
tur vt arduū/ iraſcibił appellat̃. Quāuis
ſm phm et ſequaces he due vires ⁊ concu
piſcibilis et iraſcibilis in ſola ſenſualitate
ꝓpe radicent̃. Sed Aug⁹ et theologoꝝ
aliter vſus habet.

## Conſideratio .xvi.

ponit appetitū animalē nō ſolū homini ſ
⁊ beſtijs conuenire.

a Appetitus aīalis vł ſenſuał ē viſ
anime affectiua apta moueri im
mediate ſolū ab app̄heſiōe ſenſi
tiua. Addita eſt dictio hec exclu
ſiua ſolū ne nos vrgeat ꝯtrouerſia vtrinq̄
ꝓbabilis. videlicet. An appetit⁹ rōnał poſ‑
ſit īmediate ex cognitōne ſenſitiua ſolū mo
ueri ſicut pōt ex deliberatiōe rōis. Hūc q̄
appetitū in iraſcibilē ⁊ ꝯcupiſcibilē ſecerni
mus ꝑ eas q̄ mox dicte ſunt obiectales ra‑
tōnes. ¶ Preter hunc appetitū q̄dā poſuiſ
ſe videnť ſenſum nature ad bonū vł malū.
ſaluantes ex h̄ mł͞tos effect⁹ mirabiles in
animantib⁹ reſpectu tał vel fuge vel ꝓſecu
tōnis qualiſmodi nō p̄t reddi cauſa ex ap‑
p̄heſiōe cognitōis ſenſuał. vt ꝙ p̄ſente ho‑
ſte et nō viſo horreſcūt pili cū tremore quo
dam. qđ ecōtra fit amico p̄ſente. ꝙ formica
ꝓuidens future hyemi ingētē farris cōpo‑
nit aceruū. ⁊ ita de pluribus abſq̄ numero.
Quid ṽo mirādū ſi corpa aīaliū ducāť ſe‑
cretis inſtinctib⁹ vł pulſib⁹ ad ſuos fines
q̄ñ ī corꝑib⁹ alijs min⁹ ꝑfectis minuſq̄ or
ganizatis tot mirabiles ad ſuos fines cōſe
q̄ndos naturales tract⁹ īuenim⁹. īmo plu
rimi ſunt reꝝ variaꝝ ad inuicē tales tract⁹
q̄ꝝ finem ignoram⁹. vt ē tract⁹ ferri ad ma
gnetē. ⁊ mariſ ad lunā/ ⁊ alioꝝ ad alia. Hūc
aūt ſenſū nature iā ī om̄i re poſuim⁹ q̄ alio
vocabulo lex nature/ vł inclīatio naturaliſ.
vł directio intelligētie nō errātis p̄t noīari
Et nihil ab hac poſitōe diſſentim⁹

## Tercia pars pꝛīcipa

lis eſt đ lumīoſitate dictaꝝ potētiaꝝ. a. xvij
ꝯſideratōe vſq̄ ad. xxi. Ordine ṽo. xvij.

## Conſideratio .xvii

f Ex iſte potentie/ tres cognitiue x
⁊ treſ affectiue lumina q̄dā ſunt
q̄ ꝑ ꝯſideratōez lucis corpee faci‑
li⁹ cognoſcunť. Itaq̄ ſol iſte na
turalis ſicut ī efficacia ṽtutis p̄ſtātior eſt ce
teris corꝑib⁹. ita ſilitudinem maiorē habꝫ
cū ſpūalib⁹/ ⁊ ad eoꝝ cognitōem ꝯgruenti‑
ori manuductiōe deducit. ſicut dicit beat⁹
Dyoniſi⁹ vlti. de cel. hierarchia. ¶ Eſt aūt
ſol illuſtratiu⁹ alioꝝ eorū. inſuꝑ q̄ alterabi‑
lia ſunt calefactiu⁹. q̄ꝝ duoꝝ ꝓportionabi
lia gerit in ſe natura q̄libꝫ rōnał. q̄m lucet
ꝑ cognitiōem. ⁊ caleſcit ꝑ amorē. Ois pre‑
terea effect⁹ p̄ſertim īmanens ꝓduct⁹ a tali
natura rōnali. dici meret̃ lumē aliqđ aut ra
tiōe claritatis ī cognitiua. aut caliditatis ī
affectiua. aut ſił vtriuſq̄. Nō eni forte ꝯti‑
git repire cognitōez q̄ nō ſit formaľr aut ṽ‑
tualiť q̄dā affectio. Sic affectio ñ videtur
poſſe ſecerni q̄n ſit q̄dā exꝑimētał ꝯgnitō.
q̄ppe neutra effectū ſuū cauſat ſine alta. q̄‑
niā ad cognitōis cauſatōez potētia affecti
ua/ ſicut ad affectōem generādā cognitiua
concurrit. Effectus aūt ſꝑ ſue cauſe q̄dam
ſilitudo ē ⁊ imago. Sic p̄terea videm⁹ lu
cē nō eſſe ſine calore ſaltē ṽtuali. Caliditaſ
q̄ lucis ꝓductiua repit̃. ¶ Rurſus quēad‑
modū lux ⁊ calor mutuo ſe fortificāt/ qđ ī
ꝓductōe ignis facile ē aduertere. vbi calor
flāmā/ ⁊ flāma calorē ingenerat. Nō aliter
exiſtimādū ē ṽtutib⁹ iſtis cognitiuis ⁊ af‑
fectiuis q̄n ex mutuo ꝯcurſu ordīato ad in
uicē/ fit opatio/ ⁊ tāto maior atq̄ ꝑfectior/
q̄nto virt⁹ q̄libet cū q̄libet extiterit vnitior
¶ Deniq̄ lux ſolis ſe diffūdit diſpariť pro
varietate medioꝝ/ aliť in denſitate/ aliť in
raritate/ aliter in medio ꝑſpicuo et diapho
no et ꝑuio. aliter ī obſcuro turbido ⁊ ſpiſſo
atq̄ nubiloſo. Quā ſiľr diffuſionē variant
ꝓpinq̄tas atq̄ diſtātia. Multiplex q̄ ob‑
ſtaculoꝝ diſpoſitio nō vnā reddit lucis ra‑
diantis imaginē/ ſed ꝓ diuerſitate inciden
tiarū radiātiū variatā. Attēdam⁹ inter[...]
diuinā lucē q̄dā ꝓportionabili ſilitudie ſo
lem ſe cōicare/ nō tñ naturali neceſſitate/ ſ
libaliſſima ⁊ g̃tuita charitate. his q̄dē cla‑
rius/ his ṽo obſcuri⁹. Dat eni ſe lucidi⁹ in
telligentie q̄ rōi/ ⁊ vtriq̄ limpidi⁹ q̄ ſenſui
Exēplū ſenſibile ad h̄ manuducēdū ē. ſi di
uerſa vitra oppoſuerim⁹ radijs ſolaribus

ſm ꝓpinquū et diſtās ꝑ lineā rectā int̄ ſo/
lē et oculū noſtꝝ. Cōſtat int̄ duo q̄libꝫ ſpe
cula eſſe ſpaciū vbi lumē ſol' alit̄ ꝛ aliter in
ſpici poſſꝫ. Ita vt poſteri⁹ lumē apparet q̄
dā vmbra vl' adumbratio ſi ad p̄cedēs cō
parat̄. Hoc ī cādelis diſparit̄ lucētib⁹ no/
cturno tp̄e ꝯ parietes īſpicim⁹ vbi lumen
vni⁹ alteri maiori collatū vmbra videt̄/ſi
certis obicib⁹ ſua lumīa ſil' ꝯfundi vetueri
m⁹. Cōpatōes ſil'es de opatōe caloris ſm
paſſa alit̄ ꝛ alit̄ diſpoſita aduertere facile ē.

## Cōſideratio. xxiiii.

ſex potentiarū oſtēdit capacitatē. ſ. multis
opiniōib⁹ tā theologoꝝ q̄ꝫ medicorū ꝛ phi
loſophoꝝ ſenſis ſuꝑ hanc eloq̄tur.

Ex iſte potētie n̄ ſolū lumīa q̄dā
ſunt. ſꝫ etiā qꝛ lumīoſaꝝ illuſtra
tionū capaces inueniūt̄/ipas
ſpeculis rōnabilit̄ cōparamus.

¶ Primū ē oñdere q̄liter ſex iſte potētie ca/
paces ſint lumīoſaꝝ illuſtratōnū. Et h̄ q̄/
dē agem⁹ modo narratiuo/p̄ſupponentes
ꝟitatē ab aliꝭs. ¶ Fuerūt nōnulli q̄ dicerēt
deū q̄ eſt lux ꝟa illuſtrare aīam nr̄aꝫ ꝑ ſeip
ſum īmediate. nō ſolū actiue et efficiēter. ſꝫ
etiā formalit̄ aut q̄ſi formalit̄. Nam inqui
unt ſi cognitio creata hec pt̄: cur a cognitō
ne īcreata iſtō auferret̄ Preſertim cū nullā
īmꝑfectōeꝫ depēdentis ſubiectōis vl' ma/
terial' inheſiōis ꝓpt̄ h̄ in deo ponere ꝯpel/
lat. Hec poſitio qꝛ ad vitalē q̄ndā īmutati
onē de genere cauſe formal' mag' q̄ꝫ efficiē/
tis/hāc īmutādi manerię īfert. dicūt ex cō
ſequenti deū eſſe poſſe aīe rōnali cognitiōꝫ
īmo ꝛ volitōeꝫ/ꝛ amorē ꝛ iuſticiā/nō tm̄ ī/
menſe/ſed ꝑ capacitate q̄dā actiua ſeu vita
lit̄ eleuabili eiuſdē aīe rōnal'. ¶ Cōtra hanc
imaginatōnem eſt pariſieñ. articulus/q̄ꝫq̄ꝫ
Auicēna et Algaſel de btītudine intelligen
tiaꝝ viſi fuerit hui⁹ imaginatōis doctoreſ
fuiſſe. ¶ Nō defuerūt aliꝭ ponētes lumīa q̄
dā creata alia a ſubſtātia aīe veluti q̄ſdam
habit⁹ innatos ſibi eſſe inſeꝑabiles ab ea/
dem eſſentia aīe/et q̄ſi ab eadē effluētia ſeu
pullulātia atq̄ꝫ germinātes. Nec mirabit̄ q̄ſ
pia ſi h̄ aliq̄ dixerūt cū fuerit antiq̄ celebrꝫ
opinio de potētiꝭs aīe intellectiua ꝛ voliti/
ua talis/qꝛ ipe ſint accidentia q̄dā ī eēntia
aīe radicata diſtinctaq̄ꝫ ab ea. Nota eſt īſu/
per ꝯmunis opinio q̄ ī angel' ponit ſpecieſ
omniū ꝯcreatas ad ſaluandū quō cogniti
onē ſuā nō accipiūt a reb⁹ nouā atq̄ꝫ mu/
tabilē. Circa h̄ verſat̄ ꝯtrouerſia int̄ plato
nicos ꝛ ꝑipateticos. dicēte ariſtotele ꝑipa/
teticorū p̄ncipe/qꝛ aīa eſt tanq̄ꝫ tabula raſa
in q̄ nihil depictū ē ꝛc. Platōe ecōtra dicē/
te noſtꝝ addiſcere nō eſſe niſi q̄dā remini
ſci. Q̄uis adhuc dictū iſtō a diuerſis varie
exponat̄. Una expoſitio tacta eſt de ſpecie/
bus ꝯcreatis/quas platonici ī aīa nr̄a/ſic̄
nos in angelis poſuiſſe viſi ſunt. Aliꝭs ecō
tra certantib⁹ fruſtra hmōi ſpecieſ poni cū
aīa ipa ſit imago oīm reꝝ/q̄ ſm ꝯuerſiōem
ad has vel illas res actuat̄ in cognoſcēdo
abſq̄ꝫ noua cognitiōis alteri⁹ formatione.
quēadmodū ſpeculū habēs in ſe imagīes
reꝝ ſi eſſet virtus cognoſcitiua/ipaꝫ cogni
tōem hmōi reꝝ in ſemet a ſemet accipe/aut
ꝓpinq̄ori ſil'itudine imagīes tales ſi ſe co/
gnoſcerent ꝛ ī vnā rē ꝯcurrerēt. illa res per
hanc ſui cognitōeꝫ eorū oīm q̄ꝝ ipa ē ima
go cognitōem obtineret. Q̄ꝫq̄ꝫ mutatio ð n̄
cognoſcēte in cognoſcēs et ecōtra/difficul
ter nō tm̄ oīno īprobabiliter eſſet ſaluabil'.
Huic ſil'r imaginatōi ꝯtradicit ꝑiſieñ. arti
cul⁹. ¶ Dicam⁹ deinde illō in q̄ oēs fere cō
ueniūt. eſſe ſcꝫ cognitōes ꝛ affectōes acq̄ſi
tas/tā actuales q̄ꝫ habitualeſ/illuſtrātes p̄
dictas ſex potētias. Q̄uis aliter ꝛ alit̄. Nā
cognitōnū alie ſunt ꝯplexe alie incōplexe.
q̄dam ī ſola app̄heſiōe. q̄dā in aſſenſu cōſi
ſtit/et aſſenſuū nō ꝑua eſt diuerſitas. Qui/
dam ſunt euidentes ex cognitōe ſola termi
noꝝ. aliꝭ ꝑ expientiā. aliꝭ ꝑ demōſtratōem.
Quidā ꝟo ſunt ineuidētes. ꝛ taliū aliꝭ cer/
ti/aliꝭ incerti. Aliꝭ cauſant̄ ex ꝓbabilitate ra
tionū ſumptaꝝ ꝑ itrīſecas apparētias. aliꝭ
ꝑ extrinſecas. vt eſt autoritaſ dicētis. ¶ De
niq̄ꝫ magna ē diuerſitas inter irradiatōem
ſenſualem et rōnalē. Sed ꝛ inter ſenſuales
irradiatiōes tam ab extrīſeco q̄ꝫ ab intrīſe/
co diſtinctio multiplex inuenit̄. Sil'r ī af/
fectiuis actib⁹ vel habitib⁹ aſſignabil' eſſꝫ
varietas ad p̄dictos cognitiuos actuſ vel
habitus q̄ꝝ naturā affectiui cōſequuntur.
¶ Poſtremo fides nr̄a quo ad h̄ ponit mł/
tos habit⁹. et q̄ñq̄ꝫ actus infuſos ḡtuitos
ī vtraq̄ꝫ potentia cognitiua ꝛ affectiua/q̄/
rū p̄ſentiali colluſtratōe et virtuali quadaꝫ
irradiatōe ſpūaliter illuminat̄ aīa nr̄a/per
iſtos ad hoc/ꝑ illos ad illud. In nūero ta
lium ſunt fides. ſpes. charitas. tres theolo
gice virtutes/dona ſeptē ſpūſſcti/ꝓphetie
et reuelatōes. et ſi qua ſunt dona talia q̄ di/
uidit ſpūs vn⁹ et multiplex/dās vnicuiq̄ꝫ

ꝓut vult. ¶ Ex his itaqꝫ ↄmemoratꝭ de ſuſceptōe lumīoſa ꝫ illuſtratōnū ꝑ has ſex potētias ꝑſpicuū fit ſicut addebat̃ ꝙ ipas ſpeculis ratōnabiliter comparam⁹.

## Conſideratio. xix.

p̄dictaꝝ potētiaꝝ ſuſceptōis puriorꝭ lumīoſitatē cū aduerſiōe exēplo ſex ſpecl'oꝝ ꝛ angelorū cognitōem elucidat.

Nte. ſex potentias p̄noīatas q̄nto aliq̄ fuerit purior ꝛ luminoſior tā ex ſe q̄ꝫ ex adiūcta illumīatōne tāto fit ad theologiā myſticā aptior. ¶ Hāc aptitudinē ī p̄dictis potentijs ad theologiā myſticā intelligim⁹ vl' formaliter in ſe ſuſceptiue. ſic intelligentia capitcā / vl' miſterialit' ꝛ quodāmodo diſpoſitiue. ſicut ſenſus ad eādē p̄diſponit. qua ↄſideratōe h̄ modo expoſita / nos ipam ex p̄cedente ꝑ ſil'itudinē in ſpecul' materialibus manifeſtam⁹. Sint itaqꝫ ſex ſpecula ſibijnuicem catenata ꝛ reſpiciētia ſe mutuo ordinata ad lumē ꝛ calorē ſolis ſuſpiciendū ſ'm ꝓpinquus et remoti⁹ / nūc a ſupiori / nūc ab inferiori. Cōſtat ꝙ ſpeculū q̄dlibꝫ quanto erit puri⁹ in ſe ꝛ luminoſi⁹ ab extrīſeco / tanto erit apti⁹ ad opatōem ſuā ꝛ alioꝝ / intantū ꝙ ex mutua actōe ꝛ reactōe fiat ſplendidi⁹ quodlibet ex illis niſi aliđ obſtiterit. imo ex ↄbinatōne varia poterit effectus aliq̄s / vtputa imago vl' color reſultare. q̄ abſqꝫ ↄcurſu tali nequaq̄ꝫ appareret. Uigilanter dicim⁹ niſi aliđ obſtiterit. q̄m ſpeculuꝫ quod eſſꝫ ſoli ꝓpinquus tanta radiatōe eiuſdem ſolis ꝑfundi poſſꝫ a ſupiori ꝙ ipe actiones alioꝝ ſpeculoꝝ ab infimis nō tā protūc illumīarent q̄ꝫ obūbraret. Idē dicim⁹ de intelligentia dū a ſupioribꝫ ſuā lucē capit. q̄ꝛ tunc ſubobſcurior aliq̄n redderet̃ ex cōuerſiōe ei⁹ ad potentias collucētes inferius. q̄ꝫuis ī hoc diuerſificent̃ ſpecl'a materialia ꝛ ſp̄ūalia. q̄m ſp̄ūalia duas facies habēt p̄ſertim ea q̄ nō vtunt̃ organis corꝑalibus. Quoꝝ ſpeculoꝝ ſp̄ūaliū tanta p̄t eſſe virtus / tal' vigor et cōſolidatio / ꝙ parit̃ ex equo ſine detrimēto a ſupiori poterunt et īferiori ꝑte lumīa ſua ſuſcipe / ꝛ tenere ſuſcepta. Hoc manifeſtū ē in angelis ꝛ alijs cōfirmatis. q̄ ſil' eque cognoſcūt t̄palia ꝛ eterna. quoꝝ tenuē ſil'itudinē ꝛ imitatōneꝫ gerunt aliq̄ ex viatoribꝫ ex ſpeciali gr̄a / ꝛ vehemēti habituatōne / vt inferius dn̄o duce mōſtrabimus.

## Conſideratio. xx.

oſtendit corruptōem illaꝝ ſex potentiaꝝ. ꝛ cauſam q̄ potuerūt reformari.

Pecula materialia ſicut multoties deformant̃ ꝛ inficiūt̃ ꝛ corrūpunt̃ in ſuis actōibꝫ debitis. q̄nq̄ꝫ ab extrīſeco / q̄nq̄ꝫ ab intrīſeco / nō minus incidit deformitas et infectio in ſpeculis ſp̄ūalibꝫ ſex potētiaꝝ / q̄ruꝫ tres ſunt cognitiue. affectiue pari numero ¶ Expientia etiā ſine ſil'itudine docet nos q̄ꝫ ſepe turpia fantaſmata / ꝛ errores / et fede repſentatōes obiectales. Cōcupiſcētie preterea ꝛ paſſiōes ſordide terree horride tā q̄ꝫ fumi q̄dā caliginoſi vl' infecti ꝛ venenoſi / aīas nr̄as obnubilāt / fedāt atq̄ꝫ ↄmaculant. Preſertim ī p̄maria ꝛ nouella talium appͤhēſiōe velut in pueris. Deniqꝫ general' ꝛ inelicibil' ſordidatio talis ꝓuenit ab originali macl'a / que aīam nr̄am cū omnibuſ potētijs ſuis / ad hāc miſabilē traduxit aggrauatōem / vt e celeſtibꝫ ad terrena / ꝛ ab intelligibilitate ad brutalitatē demerſa ploretur. Hō (inq̄t ꝓph̄a) cū in honore eſſet non intellexit / ↄparat⁹ eſt iumētis inſipiētibꝫ / ꝛ ſil'is fact⁹ eſt illis. Et inſignis poeta. Terreniqꝫ hebetāt artus moribūdaqꝫ mēbra. Nihilomin⁹ ab iſtis emergere ꝛ ſurſuꝫ eniti hoc virt⁹ h̄ labor eſt. vt cū apl'o nr̄a conuerſatio ſit ī cel'. cōtra exclamatōem ſatirici dicentis. O curue ī terris aīe ꝛ celeſtiū manes. In h̄ p̄cipue v̄ſat̃ ipa cui⁹ naturā inq̄rim⁹ theologia myſtica / quā ꝑ penitētiaꝫ ꝛ credulitatē euangelij adipiſci ꝛ nō alit' fas habemus / ſicut reſtat oſtendendū.

## Quarta pars p̄ricipalis

agit de cōtemplatōne meditatōe et cogitatōe vſq̄ꝫ ad. xxvi. cōſideratiōꝫ. Ordine vo. xxi. ↄſideratio deſcribit actōes potētiaꝝ ſub generali diuiſione.

T noticia clarior theologie myſtice poſſit haberi / ꝓdeſt inq̄rere quidditatē ↄtēplatōis. Siquidem appropꝛiate loq̄ndo ſicut ↄtēplatio eſt in vi intelligētie cognitiua. ita in vi ſynderiſis affectiua reponit̃ myſtica theologia. ꝓut infra dn̄o illuminānte docere conabimur ¶ Supeſt igit̃ recto ordīe vt poſt q̄ꝫ d'ſcribere ſtuduim⁹ vires cognoſcitiuaſ in hoīe. ꝛ diſtinxim⁹ in genere tres virtuteſ cognoſcitiuas. ſcꝫ imaginatōeꝫ / rōem ꝛ in-

tclligentiaȝ. Et tres affectiuas ꝓportiona
les/q̄ ſunt appetitus ſenſitiuus. appetitus
volitiu⁹ ſeu volūtas. ꝛ appetit⁹ qdā ſupi/
oꝛ q̄ ſynderiſis noīari pt. eo ꝙ ſeq̄tur app/
heſiōem. Nunc ad ſmōem de actib⁹ corū
q̄ntū ad rem que tractatꝛ elucidādū attinet
veniam⁹. Et qꝛ notioꝛes ſunt actus intel/
lectiue q̄ꝫ affectiue potētie. magis eniȝ ſub
doctrina tradēdi ſunt/nō pigeat primitus
illos deſcribere noīatim. ¶Sūt auteȝ tres
termini generales q̄b⁹ maxime vſos fuiſſe
video eos q̄ de ↄtēplatōe ꝑ modū artis lo/
cuti ſunt. cogitatio/meditatio/ↄtēplatio.
Et hi termini q̄ꝫq̄ꝫ aliq̄n̄ ꝓmiſcue ſumātur
ab aliq̄b⁹ ſicut eandē rē ꝑ ipos ſignificare
ↄtingit. nihilomin⁹ diſtinctas habēt ſigni
ficatōis rōes/quas ꝑ facile ꝛ difficile/ꝑ vti
le vel inutile ſentiūt aliq̄. Un̄ cogitatōȝ ſic
eſſe deſcriptā reperio a venerabili Richar/
do in ſuo de cōtēplatiōe. q̄ hanc materiam
elucidauit vſq̄ꝫ ad fundamētū/magiſtruȝ
ſuū hugonē inſecut⁹. Cogitatio eſt iꝓui
dus aīe obtut⁹/circa ſenſibilia ad euagatō
nem ꝓnus. ¶Meditatio eſt ꝓuid⁹ aīe ob
tutus in veritatis cognitōe ſeu inq̄ſitōe ve
hemēter occupat⁹. ¶Cōtemplatio eſt ꝑſpi
cax ꝛ liber/id ē expeditus animi ↄtuit⁹/in
res ſpiritales ꝑſpiciēdas. vſq̄ꝫ quaq̄ꝫ diffu
ſus/ꝛ ī diuia ſpecula ſuſpenſus. ¶Cogita/
tio igitꝛ vagatꝛ et ſerpit ſine laboꝛe et fructu.
Meditatio nititꝛ ꝛ intēdit cū laboꝛe ꝛ fru/
ctu. Contēplatio circūuolat ꝛ circūfertur
ſine laboꝛe et cū fructu. ¶In cogitatiōe eſt
euagatio. In meditatiōe inq̄ſitio. In ↄtē/
platōe admiratio. ¶Varij deinde ↄtēplati
onē ramificāt in varias ſpecies et varie. de
q̄bus nō eſt ſtatim dicēdū ꝑ ſingula ¶Sȝ
maxime req̄rendū eſſe arbitroꝛ. vnde facili
tas tā in cogitatōe q̄ꝫ in cōtēplatōe oꝛiatꝛ ꝛ
in meditatōe difficultas. Hoc eni me ꝑ ex/
p̄ſſum legiſſe nō memini/q̄ꝫuis ſit ↄſidera/
tione digniſſimū.

## Conſideratio.xxii.

ponit rōem vn̄ ſurgit cogitatōis facilitas.

c

Ogitatio facilis eſt qꝛ formatꝛ i
mediate vl' ex ſenſatōib⁹ actuali
bus/vel ex fantaſmatib⁹ paſſim
occurrētib⁹. et vltra non nititur.
Quēadmodū nāq̄ꝫ ſenſus nr̄os cū om̄i fa
cilitate circūducim⁹ mō huc/mō illuc/ob/
iectis ſufficiēter p̄ſentatis. Et ſilr̄ nulla eſt
difficultas in occurſu fantaſmatū q̄liūcun
q̄ꝫ. nam euagantꝛ p̄ſentantꝛq̄ꝫ nobis etiā in/
tis. Confeſtim apparet ratio cur cogitatō
que ſm̄ talia formatꝛ et hec inſeq̄tꝛ nullā pa
titꝛ difficultatē. Videm⁹ hoc in pueris. vi/
dem⁹ ħ in hoīb⁹ ocioſis ꝙ in talib⁹ q̄runt
oblectatōem. qꝛ nullū afferūt in ↄſiderādo
laboꝛē. Sed de his ꝟe enūciauit ſermo ꝓ/
pheticus. Nouit dn̄s cogitatōes hoīm q̄/
niā vane ſunt. vane ſūt itaq̄ꝫ qꝛ ſunt fine ca
rentes/ſomnioq̄ꝫ ſil'es. Non eni ad aliquē
finē vtilē oꝛdinātꝛ/imo freq̄nter cū hō ī ta/
libus ſe oblectauerit triſtis manet.

## Cōſideratio.xxiii.

meditatōis difficultatē ꝛ laboꝛē exponit. ex
emplū tā phicis q̄ꝫ poeticis de oꝛpheo vir
gilio ꝛ hercule.

m

Editatio difficl'tatē ſortitꝛ ex eo
ꝙ vltra ſenſatōnes actuales vel
fantaſmata paſſim occurrentia
ipa nititꝛ vltra ꝓtingere vl' in ali
quo fixa ſtare. Experitꝛ i ſe crebꝛo q̄libȝ ſtu/
dioſus difficultatē q̄ eſt inſiſtēdo ad aliq̄d
attēte ↄſiderādū cogitatōem ſine diuerticu
lis ad alia. Et hoc dū fit/cogitatio iā trā/
ſit in meditatiōem. nō vt cogitatio deſinat
eſſe. ſȝ vt deſinat eſſe cogitatio. ¶Quis ita/
q̄ꝫ neſciat fortiſſimos eē mot⁹ actuales ſen
ſuū. nunc hos nūc illos/eſſe ſimilitꝛ ↄtinuū
fluxum fantaſmatū null⁹ ignorat. ꝓpterea
ſenſualem motū vnire/aut fluitātia fantaſ/
mata cohibere vl' ſiſtere vl' ſupgredi ad ali
quam certā cogitatōem ſuā ſub determina
tis limitib⁹ claudere operoſum eſt valde/n̄
habituatis et inſolitis. neq̄ꝫ fieri pt abſq̄ꝫ il
lo qui claudit certis limitib⁹ mare/ꝛ ponit
terminū fluctib⁹ eius. ¶Atuero difficultaſ
hec augetꝛ et fit laboꝛ inſuſpicabil' dū animus denudare nititꝛ cogitatiōem ab inuo/
lutōne accidentiū. hoc eſt circūſtantijs lo/
ci et tp̄is. et alioꝛū q̄ p̄ſentat ſenſus/vt abſo
lute et nude quidditateſ reꝝ appareāt/qua
ſi nō cōuolute tēꝑi et loco. ¶Dat exemplūȝ
diuin⁹ Aug⁹ de ↄſideratōe ꝟitatis et boni
tatis quas dū i ſua puritate meditari ſata/
gim⁹ cōfeſtim occurrit hec vel illa bonitaſ
Et hec vel illa veritas in particulari. et fit
cogitatio nr̄a cū tp̄e et loco. vt dicit notan
ter phus. i. metaphiſice. ¶Pertinere ad ħ A
eſtimo poeticas illas fictiones et imagi/
natōes/vnam de oꝛpheo cytharizāte ꝛ eu/
ridice quā ad inferos dilapſam euehere ni
titur ad ſuperos. et alterā apud Virgiliuȝ

de Enea tranſeunte ad cãpos elizeoꝝ ⁊ ibi
dem intelligente que futura erant poſt ena
tatõnem maris et obdormitionem cerberi.
Non enĩ tales viri quos ꝓ theologis ha/
buit antiq̃tas ocioſe fabulanť. Orphe⁹ eſt
vir ſapientie deditus qui ꝑ aurate vľ ebur/
nee cithare modulos /hoc eſt per debitã et
armonicã morũ cõpoſitionem /ſiſtere facit
flumina defluentiũ deſideriorũ. cõponit q̃
q; ⁊ mãſueſcere facit ferinos et brutales af
fectus. Deniq; cõpellit ſiluas rigidas pra
narũ inclinationũ tã innatarũ q̃ acquiſi/
tarũ ad ſuũ voluntatis arbitriũ ſequi. hic
orpheus euridicem habꝫ ſponſaꝫ/ illam d
qua gloriabať ſapiẽs /queſiſſe ſibi ſponſaꝫ
ſapiẽtiã aſſumere. vľ accõmodatius euri/
dicem accipiamus vim intellectualẽ datã
homini ad ꝯſiderationẽ ſupnorũ. Hec viſ
dum ꝑ prata florentia placibiliũ obiectoꝝ
vagatur. mordeť a ſerpẽte voluptatis latẽ/
tis ſub herba formoſitatis. ſicut dič Ariſt.
q̃ voluptas furata eſt intellectũ ſpiſſe ſapi
entie. Hoc vulnus inflictũ trahit euridicẽ
ad inferoſ. quia hec ſola iã infima cogitat.
in his ſolis cõuerſatur/ nõ potẽs dicere cũ
apľo. Noſtra ꝯuerſatio in celˀ eſt. Uulnera
ta igiť deductaq; euridice. i. vi intellectua/
li ad inferos /ꝑ mediũ ſerpẽtis. ſicut ad lit/
teram temptatio ſerpẽtis ꝑmos illos parẽ
tes ſapiẽtiſſimos demerſit in baratrũ oĩs
illius miſerie qualẽ apud inferos ſub me/
taphora ꝯgruis exẽplis poete figurarunt.
Orpheus vir ſapiens deplorat amiſſaꝫ cõ
iugem/ quã ad ſupnas auras conať rurſuſ
educere. quo canẽte ⁊ lugente /ſilent furie ĩ
fernales paſſionũ carnaliũ. cerberi latrat⁹
nõ auditur. quia res cũ tꝑis lapſu nõ cõci
piunť. Animus pterea qui p̃ſſus ante erat
lapide molari terrene curioſitatis /ſicut ſizi
pus /vel qui agitabať rota volubili mũda
ne occupatõis ſicut hyxion. vel qui lacera
bať a vulturibꝫ mordacis voluptatiſ /ſicut
ticius. vel q̃ eſuriebat inter aquas ⁊ poma
ſicut auarus tantal⁹ /nũc intrepide in req̃/
em ſui conuertitur cũ illo qui dicebat. Cõ
uertere anima mea in req̃em tuã. quia do/
minus bñfecit tibi. Inter hec lamenta ⁊ ef
ficacia carmĩa iubeť euridicem orpheo red
di/ ea tñ legene rurſus ꝯuertat ĩtuitũ. Sꝫ
heu noctis ꝓpe terminos orphe⁹ euridicẽ
ſuam vidit. ꝑdidit. occidit. ¶ Uos hec fa/
bula reſpicit q̃cunq; in ſupeꝝ diẽ mẽtẽ du/
cere queritis. nã qui tartareũ in ſpecus vi/
ctus /lumina flexerit/ q̃cq̃d p̃cipuũ trahit/
ꝑdit dũ vidit inferos. Hec Boetius. Ad
hanc ſententiã facile traduci poſſunt ficti/
ones alie de enea virgiliano /et hercule ⁊ ꝑ/
ſeo deſcẽdẽtibꝫ ad inferos ⁊ iteꝝ emergenti
bus. Sed hec interim ſufficiãt ꝓ ſpoliatõ
ne egyptiorũ /⁊ xp̃ianoꝝ ditatõe

## Conſideratio. xxiiii.

quomodo creſcit ⁊ cauſať ꝯtẽplatio oſten/
dit ꝑ pľes ſil'itudines exẽplares. et vbi ꝓ/
prie reponiť.

Ontẽplatio facilitatẽ habꝫ tum B
c ex habitibꝫ ꝑ meditatiõem acq̃
ſitiſ. Tũ ꝓpteꝛ abſtractiõem ⁊ ſe
patiõem intelligentie a ſenſibili
bus. Tum ſepius ꝓpter diuĩe gratie collu
ſtratõem in diuina ſpectacula ſubleuanteꝫ
Meditatio nimirũ ſi debite fiat tranſit in
cõtemplatõem /ſicut cogitatio ĩ meditatio
nem. Facta enim ſedula inq̃ſitõe veritatis
denudatis inſuꝑ ꝑ vehemẽs ſtudiũ rerum
q̃ddıtatibꝫ ab accidentalibꝫ circũſtantijs
generať habit⁹ ex frequentatõe. depurať lu
men intelligentie. fitq; lucidi⁹ q̃nto eſt tene
broſitati ſenſualis cogitatõis impmixti⁹.
¶ Pro cuius manuductõne palpabili ima
ginemur conformiter ad diuinũ Aug. in
ſuo de trinitate q̃ ſit aliq̃s ſupra montẽ ex
celſum valde Ad cuius cacumen neq; ven
ti neq; nubes attingant. ſič de olimpo nar
rat Ariſto. Subtus vero quãto ſit deſcen
ſus ꝓcliuior ad infima /tanto eſt illic tene/
broſitas inq̃etioꝛ ꝑ cõmixtionẽ/ ⁊ q̃ndã in
corꝑatõem radioꝝ ſolariũ cum ceteris im
p̃ſſionibꝫ. vt ſunt venti. pluuie. niues. g̃n/
dines. fulgura. ⁊ ſimilia ¶ Conſtat h̃ exem
ꝑlo q̃ hõ limpidi⁹ liberi⁹ et expediti⁹ cir/
cũfert oculos ſuos ad ſerenũ lumẽ ſolis et
celi/ dũ ſublimi⁹ euect⁹ eſt. et in q̃dã regio
ne pura et trãquilla collocat⁹ ¶ Cui⁹ oppo
ſitũ euenit dũ in inferiora dilabiť. Ad hoc
exẽplũ reſpicit illud p̃ſ. Quis aſcẽdet ĩ mõ
tem dñi/ aut q̃s ſtabit in loco ſctõ ei⁹: Du/
ctio quoq; illa diſcipulorũ in montẽ excel
ſum valde /dũ tranſfiguratus eſt ihs añ il
los /apta eſt ſatis figura /ſicut ⁊ aſcẽſuſ mo
yſi in montẽ ſynai /dũ e medio vocatus eſt
¶ Cõuertam⁹ nunc ex hac re ſenſibili conſi
deratõem noſtrã ad tres vires anime p̃ſcri
ptas /q̃ ſunt. intelligẽtia/ rõ. ſenſualitas ſeu
imaginatio. Et compem⁹ ſenſualitatẽ infi
mo mõtis. rationẽ medio, ſupmo intelligẽ

tiam inueniemꝰ ꝙ si anīa stare possit in arce intelligentie sine delapsu ī inferiora/ipsa poterit libero intuitu circūquaqꝫ semet diffundere. nūc ante/nūc retro/nūc dextrorsū nūc sinistrorsū. Et hic est oculꝰ ꝯtēplatōis q̄ in Adā ante lapsum viuacissimꝰ purissimꝰ et expeditissimꝰ fuerat. Nūc ve nobis. Totꝰ fere extinctꝰ ē/sicut oculꝰ rōnis obtenebratꝰ ⁊ oculꝰ sensualitatis fere corruptꝰ. ¶Attēdamꝰ rursus in hac silitudīe/quemadmodū hō stans in supcilio mōtis talis videt libere cū volet/nō soluꝫ ea q̄ iuxta se sunt. sꝫ etiā ea q̄ subtus se agunt̃. Et multo liberiꝰ multoqꝫ clariꝰ q̄ʒ habitātes inferiꝰ. imo puꝝ ab impuro/claꝝ a tenebroso secernet. qd̄ apud inferiores vl' nunq̄ʒ vl' raro fit. Nō aliter aīa que ī arcē intelligētie ꝓuehi meruerit et illic fixa steterit/spectabit veluti desursum ea oīa q̄ in rōe et sensualitate agunt̃. Judicabit insup ī luce sua ⁊ ꝑ lucē suā de oībꝫ/qm̄ regulis abstractis. ⁊ eťnis innitit̃ fm̄ q̄s habēt regulari cetera omnia ¶Exempla ad h̄ sumi possent in omī arte habēte reglās suas. fm̄ q̄s iudicant periti in arte hac vl' illa de singularibꝫ spectantibus ad artē suā. qd̄ vtiqꝫ nequnt imperiti. Jlle p̄terea q̄ ꝓncipioꝝ noticiā clarā et ꝑfectam haberet/videret in eis ⁊ ꝑ ea ꝯclusiones ab eis deducibiles/clariꝰ q̄ʒ ip̄e ꝯclusiones in se videāt̃ ab eis q̄ nō ꝑ ꝓncipia cōclusiōes earūdem acceperūt. ¶Ex his patefactū habemꝰ quo pacto ꝯtēplatōis oculus facil' est et expeditꝰ dū habet̃/q̄ʒ q̄ʒ acq̄sitio sit difficillima ¶Patꝫ insup in q̄ vi aīe reponit̃. qꝛ in vi supiori cognitiua aīe q̄ intelligentia noīat̃. Jste eñi oculꝰ nō solū intelligibilia ⁊ abstracta/sꝫ etiā ea que ī ratōe ⁊ sensu fiūt aspicit. q̄uis alio mō q̄ʒ ratio ⁊ aliter q̄ʒ sensus vl' imaginatio ¶Existīo sic intelligere eos q̄ dicūt duas eē species ꝯtēplatōis ⁊ imaginatōis. duas in rōe ⁊ duas in luce intelligētie. Hoc q̄ppe dicit̃ nō q̄n oīs ꝯtēplatio fiat in luce ⁊ ꝑ lucē intelligētie. sꝫ qꝛ ꝓ obiectoꝝ varietate hmōi species ꝯtēplatōis variari noscunt̃ hec ponunt̃.

## Consideratio .xxv.

ponit q̄d sit ꝓprie ꝯtēplari/⁊ quō circa eā erratur.

Bstractio qualē ꝯtēplatio req̄rit ꝯpleri neq̄t ꝑ imaginatōnem neqꝫ ꝑ solā rōem q̄ virtus ē supior. Jtaqꝫ sicut ratio virtꝰ est supior et abstractior q̄ʒ sensualitas vl' imaginatio. qm̄ p̄t abstrahere q̄dditates reꝝ a cōfusione accidētiū/⁊ formare ꝯceptꝰ specificos ⁊ generales absolutos. qd̄ nō p̄t imaginatio. Sic vis illa que ponit̃ supior ad ratione ⁊ noīat̃ intelligētia adhuc abstractior est q̄ʒ ratio/que ī actibꝫ rōis abstractis a fantasmatibꝫ trāsit ad cognitōem eternoꝝ ⁊ incorporeorū/que nullā habēt fantasmatū illusionē. et h̄ dū irradiatōnem suscipit ab inferiori. quia duꝫ supiori et diuīa luce suffundit̃ nō oportet. ¶Ex hoc ꝑspicuū est ꝙ ꝯtēplatio inepte querit̃ ꝑ solā imaginationē. et impfecte ꝑ solā ratōem. q̄uis vtraqꝫ virtus adiuuat/si limitibꝫ suis ꝯtenta ē. Quos si q̄s voluerit supgredi/reddit̃ homo vel fantasticꝰ vl' insanꝰ in imaginatōe. vl' erronee iudicās in ratōe. sicut apud nōnullos visū est. qui dū inseqū credunt eleuatissimos viros ⁊ abstractissimos ī suis modis cognoscēdi/negligunt aūt tenere modū eorūdem ī abstracte viuēdo ⁊ vtilia studendo et ꝯuertēdo se ad se ⁊ sup̄ se/nihil aliud referūt nisi fantasias ⁊ errores/quantūlibet ipi eleuatorū doctorum verba tenere videant̃. Fit enim apud talē quemlibet illud virgilianū de insana vate. dat (inq̄t) sine mente sonum. Et hoc est ꝙ reddit multos ex eis qui dicunt̃ formalizantes in fabulam et risum/imo in insaniā. quia ꝑ solam imaginationē ⁊ rationē querunt illud quod per intelligētie depuratōnem erat inueniendū. Quō autē intelligentie depuratio et qualiter fiat/posterius quantū dominus cōcesserit aperitur.

## Quinta pars principalis

agit de tribus oculis aīe et tribꝫ affectionibꝫ correspōdentibꝫ in .xxvi. ⁊ .xxvii. consideratōne. Ordine vero .xxvi. consideratio ponens tres cognoscēdi modos fm̄ tria genera hominū ad hos dispositos.

Res cognoscendi modi sunt q̄rum vnus animalis dicit̃ vtēs maxime oculo carnis. Aliꝰ rationalis vtens plus oculo ratōis Tercius spiritualis vtens oculo contemplatōnis/sicut distinxerūt diuini homines tres oculos et tres viuēdi modos. De his Augustinꝰ in libro de vera religiōe. Berñ. ad fratres de monte dei carthusieñ. Et hugo in suo de sacramentis. et sup ecclesiasťe. Uidemꝰ itaqꝫ quosdā ex hominibꝫ viuere

nõ eleuatꝰ q̄ȝ bruta. Solis enim ſenſibꝰ
vtunť/aut eos ſolos inſequunť. Alij magiſ
inſequūť rõeȝ intelligẽtes abſtractas regu/
las artiū ꝛ ſciaꝝ. Tercij vltra hec oīa ele
uant ſe ſup̄ rõem in q̄ndam regionē eťnita/
tis ꝛ pſpicabilitatis. ꝛ ſup̄ oēm fluitatõem
ꝛ ꝯfuſionē infinitā deſiderioꝝ ꝛ cogitatio/
nū. in aurā q̄ndā libertatis ſerenā aſſurgūt
ꝛ euolāt. ꝛ iam nõ minꝰ videť differre eoꝝ
vita a ceteris hoīb q̄ȝ diſtant hoīes a peco
rib. Sȝ q̄s eſt h deꝰ optime et laudabimꝰ
eū: Ille ſolꝰ eſt quē tu eduxeris de tenebris
ꝛ vmbra mortis. et vincula eiꝰ paſſionū di
ruperis noxiarum.

## Conſideratio. xxvii

ponit illa q̄ videnť ſpecie eē mẽtales affecti
ones ſȝ nõ ſūt. ꝛ iõ inť eas ponit differẽtias

D Rib pnoīatis ꝯgſcẽdi modis
t q̄ ſunt/cogitatio/meditatio/ꝯtē
platio. tres affectõnis maneries
correſpõdent/q̄ ſunt cupido vl'
libido ſeu ꝯcupiſcẽtia. ſcd̄o deuotio vl' con
tritio ſeu ꝯpūctio aut orõ. tercio dilectio. ň
q̄cūq; ſȝ extatica et anagogica. id ē ſurſum
ducēs ꝛ rapiēs in diuia. Si de re ꝯſtiterit
peto vt nõ magnope calūnia fiat de noīb.
nõ eni accepi ab alijs talē circa affectꝰ diſti
ctõem nominū. quēadmodū de cognitõi/
bus repio. ¶ Sed tn̄ interim dicamꝰ q̄ ſic
cogitatio eſt improuidꝰ animi obtutus ad
euagatõem pnus. Ita ꝯſeq̄nť ad talē cogi/
tatõem ſi ſit de obiecto delectabili ſeq̄tur af
fectio iprouida et vaga ſine vtilitate ꝛ fru/
ctu. et hoc mihi ſatis cõgrue videť appel/
lari libido ſeu cupido vl' ꝯcupia. ¶ Porro
ad meditatõem q̄ eſt puidus aīe obtutꝰ in
ṽitatis inq̄ſitõe ꝛ celeſtiū reꝝ inuentõe ve/
hementer occupatꝰ/ꝯſeq̄tur q̄daȝ affectio
alia a pori ad res taliter q̄ſitas ꝛ inuentas
ſi nõ ſit indiſpoſitio aīe. Et hec affectio ē p
uida ꝛ nõ vaga cū difficultate ꝛ fructu. Et
hec interim voceť deuotio vl' ꝯpūctio aut
oratio. id ē affectus piꝰ ꝛ hūilis vehemẽter
ꝛ fortiter tendēs ꝛ nitēs ī amorē ſūme veri
tatis ꝛ bonitatis. ¶ Deniq; ꝯtēplatio q̄ eſt
libera ꝛ expedita ꝯſideratio coꝝ q̄ medita/
tio cū ingēti difficultate pq̄rit/habȝ ſuā af
fectõem in aīa diſpoſita/ſuāq; dilectõeȝ ſi
militer liberā purā expeditā ꝛ abſtractam.
Et hac rõe vocari pt extatica dilectõ vl' iu
bilatio. que vltra deuotõem addit facilita
tem et iocunditatē ineſtimabilē ꝛ inexpſſi/
bilē/et exupantē omnē ſenſum. Et hec ē ſa
pientia dei ī myſterio abſcõdita. ¶ Hec eſt
myſtica theologia quā q̄rimꝰ q̄ ad anago/
gicas ꝛ ſupmẽtales exceſſus deducit/quā
aliq̄n nomie charitatis/aliq̄n charitatiui
amoris lego noīe appellatā. Propťea non
falliť q̄ dicit ꝯtēplatõnem ſine dilectõe no/
men ꝯtēplatiõis nõ mereri. Sȝ nos vnuȝ
ab altero ſecernimꝰ/vt pcioſior habeať inq̄
ſitio ṽitatis. et cognoſcamꝰ q̄m appropia/
te loq̄ndo ſicut cõtēplatio eſt in vi cogniti/
ua intelligẽtie. ſic ī vi affectiua correſpõdē
te reponiť myſtica theologia

## Sexta pars prin/

cipalis agit d̄ acq̄ſitõe myſtice theologie ꝛ
de eiꝰ decē d̄ntijs ad theologiā ſpeculati/
uam a. xxviij. vſq; ad. xxxv. ꝯſideratõnem.
Ordine ṽo ꝯſideratio. xxviij. oñdit modū
pueniēdi ad myſticā theologiā eāq; pluri/
bus diffinit diffinitõib.

E Ognitio dei per theologiā my/
c ſticam melius acquiriť per pe/
nitentē affectū q̄ȝ per inueſtigan
tem intellectū. Ipa quoq; ceteris
paribus eligibilior eſt et pfectior q̄ȝ theolo
gia ſymbolica vel ppria/de qua eſt contē/
platio. Sicut dilectio pfectior eſt cognitõ
ne/et voluntas intellectu/et charitas fide.
Hec ſecūda pars pronūc ſupponiť/q̄uis
nõ ſim neſcius de pbabilitate poſitõis op
poſite apud multos et magnos. Sed pro
prima parte cui correſpõdet deductõ ad q̄
ſitum/nullus ambigit quin depuratio ſeu
purgatio potentie affectiue fiat per feruorē
penitentie in cõpunctiõe cõtritõe ꝛ oratõe
que rugire facit a gemitu cordis. Et q̄uis
dicat ppheta. In meditatõne mea exarde/
ſcet ignis. ſ. dilectõnis. meditatio hec nõ p
veritatis inquiſitõne attenta/ſicut deſcri/
pſimus. ſed magis p compunctõne ſequē
te ſumpta eſt. Huiꝰ aūt cõpunctõis diffi/
cultas magna eſt valde apud nõ exercita/
tos/et eos qui corruptos adhuc habēt ſen
ſus ab adoleſcentia. Quēadmodū enim li
gna viridia aquco plena humore vix reci/
piunt calorē ignis/vt in ſilitudinē eiꝰ acce
dantur. ſed pcedūt exufflatões multiplices.
puia eſt etiā depulſio humiditatis talis ac
euaporatio. ſic exiſtimare ꝯuenit de eo qui
calorē ſpūſſancti ī ſe recipe dȝ. et ſm̄ eū trā
ſiturus eſt in amorē purū et piū/ſi nõdum
deſiccatus ſit a ſordidis affectõibus. ꝛ hoc

fit initiatiue ꝑ penitētiā. Vn̄ Gre. ī omē. ꝺ
ceco. Per pn̄ie lamenta mētis fantaſmata
depellunt. ¶Ad cuiꝰ ampliorē elucidatōꝫ
attēdēdū ē ꝙ theologiā myſticā ſic poſſu/
mꝰ deſcribere. Theologia myſtica ē exten/
ſio animi ī deū ꝑ amoris ꝯſideriū. Alit̄ ſic.
Theologia myſtica ē motio anagogica. h̄
ē ſurſū ductiua ī deū ꝑ amorē feruidū ⁊ pu
rū. Alit̄ ſic. Theologia myſtica ē expimen
tal' cognitio habita ꝺ deo ꝑ amoris vniti/
ui ꝯplexū. Alit̄ ſic. Theologia myſtica ē ſa
piētia. id ē ſapida noticia habita ꝺ deo dū
ei ſupmꝰ apex affectiue potētie rōnal' ꝑ a/
morē ꝯiūgit̄ et vnit̄. Vel ſic ꝑ Dyo. vij. de
diuis no. Theologia myſtica ē irrōnalis ⁊
amens ⁊ ſtulta ſapia / excedens laudantes.
Has aūt deſcriptōes aptiꝰ itelligemꝰ ſi mł
tiplicē theologie ſpecl'atiue differētiā ⁊ my
ſtice deinceps voluerimꝰ intueri

## Cōſideratio. xxix.

ponit differētiā inter theologiā myſticā et
ſpeculatiuā. Et in q̇bus cōueniunt multis
declarat exemplis.

(T)Heologia myſtica ⁊ theologia
ſpeculatiua ſi ꝭm rōes ꝑpas cōſi
derant̄ dr̄ntiā ex multis non ſine
ꝯueniētia mł'tiplici ſortiūt̄. ¶Pri
ma ⁊ pricipal' dr̄ntia ſumit̄ ex ſubiecto vel
potētia. qm̄ lꝫ vtraqꝫ ſit ī aīa rōnali. nihilo
minꝰ diſtinguēdo potētias aīe ꝭm rōes ſu
as (vt ſup̄ dictū eſt) ſpeculatiua theologia
ē in potētia intellectiua / cuiꝰ obiectū ē verꝫ.
Myſticā ꝟo reponimꝰ ī potētia affectiua
cui ꝓ obiecto bonū aſſignamꝰ ¶Ex hac ali
am dr̄ntiā inuenimꝰ ꝭm rōes obiectales.
qm̄ obiectū ſpeculatiue theologie ē verū et
myſtice bonū. ¶Cōueniunt tn̄ ī h̄ myſtica
theologia et ſpecl'atiua quā alio noīe ꝯtem
platōem dicimꝰ. qm̄ vtraqꝫ ē ī ſupiori por/
tione aīe ⁊ non ī ſolo ſenſu vł' imaginatōne
nec in rōe ſola. Hec aūt portio aīe vt ſupra
dictū ē varijs noīb' appellat̄. Et habꝫ du
as ꝟtutes vł' duos ocl'os ſeu duo officia.
qꝛ et ipa ē intelligētia ꝟa et affectiua ſeu a/
matiua boni. Diximꝰ aūt in ſupiorib' ꝙ ſi
cut volūtas rōi et appetitꝰ ſenſual' imagi/
natōi pfert̄. Sic ſuo mō ē de affectiua cor/
reſpondente ītelligētie pure. ꝓpt̄ea dū iſta
vis ſupior exit in affectū ſuū / ipa ꝺr q̇dam
modo leuare ſe ſup̄ ſe. et quodāmodo ſup/
ferri. Inde fit vt actus talis noīet̄ ſupmē/
tal' exceſſus vł' ſup̄ ſpm̄. ⁊ ꝭm eū q̇s ꝺr qū/
qꝫ ſup ſeipm̄. qn̄qꝫ extra ſeipm̄. ¶Huiꝰ rei
aliqꝺ exēplū accipe poſſumꝰ ex ꝯſideratōe
eorū q̄ ſepe in ipa ſenſuali ꝟtute fiūt. In q̄
videmꝰ tā ī nob̄ q̄ꝫ ī brutis ꝙ qn̄qꝫ ipa ſen
ſualitas ī ſuis actib' cognitiuis ꝑmanet ſi
ne affectu illoꝝ que vł' audit vł' intuet̄. Se
pe tn̄ ꝑ auditū vł' aſpectū q̄rūdā obiectoꝝ
ipa tāto ꝯplet̄ affectu / vt iā q̄ſi ſaliat extra
ſe ⁊ tota geſtiat / velut ſi equꝰ potit̄ cāpo li/
ber apto. Hoc mō ſenſualitas aliqn̄ q̄ſi ſe
nō capiēs et ſe deſerēs tota nitit̄ in rē deſi/
deratam ſe effundere / ſe trāſferre / ſe vnire / i/
mo illā penitus quaſi ītrorſus penetrare.
Quid ꝺ taliū ocul' / nōne ſcintillāt: nūq̇d n̄
emicant: Nonne q̄ntū dat̄ ipis tremulo ſe
fulgore diffundūt: Trāſferamꝰ h̄ exēpluꝫ
ad vim intelligētie ſupiorē. cōſiderādo q̄li
tatē eiꝰ dū ſine affectu ī ſola cognitōe iacet.
Et dū trāſit in affectū taliū q̄lia ꝯtēplatur.
Adducamꝰ ꝓ manuductōe hꝰ / ea q̇b' my/
ſtice theologizātes vtunt̄ exēpla. ¶Primū
q̇dē de aq̄ ī vaſe / q̄ dū apponit̄ igni caleſcit
ꝑmo ſe cōtinens in vaſe. Sꝫ dū ferueſcit ⁊
bullit / videt̄ quodāmodo ſeipaꝫ nō capeꝫ
excedere / atqꝫ ſupferri ꝟtute caloris. Sic
mēs nōdū amore caleſcēs itra ſeipaꝫ ꝯtiet
ſe. Sed ſpiritu feruoris amore ꝯcepto / ſup
gredit̄ quodāmodo ſeipaꝫ q̄ſi extra ſe ſalti/
tans atqꝫ volitās. Aliꝺ q̄ꝫ exēplū induca
mꝰ de radijs ſolarib' cadentib' ſup ſpeculū
concauū. q̄ ex vnitiuo eoꝝ ꝯcurſu ꝯburunt
ſtuppā. efficiūtqꝫ flāmā ſupuolātē. Sic i/
telligētia nr̄a illuſtrata ꝯtēplatōe ſerena ce
leſtiū / qn̄qꝫ q̇dem remanet intra ſeipaꝫ nō ī
caleſcēs neqꝫ ardēs. qn̄qꝫ ꝟo tātus amoris
ardor ꝯcurſu radioꝝ celeſtiū exorit̄ / vt ī af
fectū ſe erigat / nec ſe capiat / neqꝫ ꝯtineat. ſꝫ
iubilat et exultat. ex quibus tercia ꝯcludit̄
differentia.

## Conſideratio. xxx

ſcholam oſtēdit ad diſcēdum ſpeculatiuaꝫ
et myſticā cū alijs differentijs theologie q̄/
modoqꝫ ſe habeant inter doctos et fideles
idiotas.

(V)Pſunt alie inter has theologi
as ſpeculatiuā et myſticā diffe
rētie / ſumpte ex acq̇ſitiōis earuꝫ
varietate. Vna q̇dem ē qꝛ ſpecu
latiua theologia rōcinatiōib' vtit̄ ꝯformit̄
ad phiſicas diſciplinas. Ideo ſcholaſticā
eā vel litteratoriam q̇dam appellant / q̄ſuis
non ſufficiant iſte ſcholaſtice exercitationes

niſi quis ſtudio vehementi nitaꝛ hr̃e cõce/
ptus ꝓpos et intimos eoꝝ q̃ tradita ſũt a
ſũmis doctoꝛibꝫ. Aliqñ taleſ theologizant
ſolis auribꝫ coꝛpꝛis ſicut pueri vl' pice. ne/
cꝫ vere intelligẽtes de q̃bꝫ loquunꝛ. necꝫ de
q̃bus affirmãt. Nihilomin⁹ tñ ſepe eis no
men ꝯcedim⁹ theologoꝝ. Myſtica ṽo the
ologia ſicut nõ verſaꝛ in tali cognitõe litte/
ratoꝛia / ſic nõ habꝫ neceſſariã talẽ ſcholam
q̃ ſchola intellect⁹ dici pt. ſed acq̃riꝛ ꝑ ſcho
lam affectus. et ꝑ exercitiũ vehemẽs moꝛa/
liũ virtutũ diſponentiũ aĩaꝫ ad purgatõꝫ.
⁊ in theologicis illuminãtibꝫ eã / in beatifi
cis virtutibꝫ eã ꝑficientib⁹ / ꝓpoꝛtionabili
ter ad tres act⁹ hierarchicos / q̃ ſunt. purga
re / illuminare et ꝑficere. ¶ Et hec q̃dẽ ſcho/
la pt dici ſchola religiõis vel amoꝛis. ſicut
intellectus dicẽd⁹ eſt ſchola ſciẽtie vel cog/
nitõis. ¶ Sed qm̃ plerũcꝫ euenit etiã ĩ bꝛu
tis vt ibi ſit maioꝛ affectio vbi paꝝ ẽ cogni
tõnis. ſequiꝛ q̀ ad cõparandã hui⁹ theolo
gie myſtice doctrinã / nõ eſt magna ſcientia
opus / p̃ſertim acq̃ſita. Nã cognitio ex fide
q̀ de⁹ eſt tot⁹ deſiderabil' / totus amabilis.
affectiua poꝛtio ſi purgata / ſi illumiata / ſi
diſpoſita / ſi exercitata ſit: cur nõ in illum to
taliter ꝯſiderabilẽ / et totũ amabilẽ / ſine plu
rimo libꝛoꝛũ ſtudio / tota fereꝛ / totacꝫ rapie
tur? ¶ Ex q̃ illã ꝯcludim⁹ differẽtiã qm̃ the
ologia myſtica licꝫ ſit ſup̃ma atcꝫ ꝑfectiſſi
ma / noticia ip̃a tamẽ pt haberi a quolibꝫ fi
deli etiã ſi ſit muliercula vl' idiota. ¶ De the
ologia vero ſpeculatiua aliter eſſe null⁹ am
bigit. ad cui⁹ adeptõem ſicut ad metaphiſi
cam grãmatica. logyca. et philoſophica di
ſciplina cũ foꝛti exercitio etiã clara ingenia
requiruntꝛ. Ita tñ vt gratia deſuꝑ cũ his ĩ/
fũdatur / ſicut apoſtol' / et ſicut fit mũdicoꝛ
dibus / quibꝫ ꝑmittiꝛ viſio dei / et hũilibus
amicis dei / quibꝫ de⁹ incerta et occulta ſa/
piẽtie ſue ⁊ oĩa que audiuit a patre ſuo nota
fecit. Sic in Anthonio magno. ſic in alijs
multis ſine lr̃is / litteratoꝛia (vt ita dicã) the
ologia donata eſt. ¶ Ex p̃miſſis ꝯcludim⁹
cum beato Bernardo ad fr̃es carthuſieñ.
de monte dei. Q, theologia ſpeculatiua nũ
q̃s in aliq̃ ꝑfecto eſt ſine myſtica. Sed bene
ecõtra. Et ex hoc ſumi pt ſexta differentia.
quoniã nuncꝫ aliq̃s intelliget verba apo/
ſtoli et ꝓphetarũ quãtũcũcꝫ illa reſonet ex
terius / ſi nõ imbiberit affectũ ſcribentiũ. ne
cꝫ eni aliter cõcept⁹ eoꝛũ verboꝝ in animo
generabit. Cecus q̃ppe crebꝛo de coloꝛibꝫ
ſermonẽ audiẽs de illis vticꝫ diſputare po
terit diſerte et acute / q̃ꝫ cꝫ nullos in illo coꝛ/
dis archano ꝓpos eoꝛũ q̃ diſputat conce/
ptus inſcripſerit.

## Cõſideratio .xxxi.

eos quib⁹ ꝓpalãda eſt myſtica theologia ĩ
ſtruit duoꝝ filioꝛũ exemplo

ſ Icut multis q̃ clerici vl' lr̃ati aut D
ſapiẽtes vel phĩ aut theologi no/
minanꝛ / occultãdus eſt ſermo de
myſtica theologia. ſic pl'imis illit
teratis et ſimplicibꝫ (fidelibꝫ tamẽ) tradi pt
Hinc tradiꝛ differentia ſeptima ſumpta ex
modo publicatõis. Btũs eni Dyoniſius
plerũcꝫ obteſtaꝛ diſcipulũ ſuũ timotheuꝫ
vt null⁹ ĩperitoꝝ hec audiat. Impitos vo
cans eos q̃ vel nõ ſunt fideles. nã hec theo
logia ꝓpꝛie eſt fideliũ. vel qui tumentes iã
phia malecꝫ viuẽtes ꝯculcant pedibꝫ ſuis
ſoꝛdidis q̃cq̃d non ſapiũt. q̃cq̃d etiã nõ in
telligunt canino dente lacerant. De q̃bꝫ ait
euãgelica ꝑabola. Nolite ſctm̃ dare canibꝫ.
necꝫ margaritas ꝓĳciatis añ poꝛcos. Sꝫ
ecõtra ſimplices. q̃ q̃dem fidẽ habẽt pñt ex
eã ꝯſurgere ad vnitiuũ amoꝛẽ cũ deo. Quõ?
ſic nẽpe ꝑ foꝛtẽ contritõem moꝛtificatiuaꝫ
ſenſualitatis / trahente eos deo vincul' p̃ce/
ptoꝝ ſuoꝝ. ⁊ mãſionẽ apud eos faciẽte. At
teſtante eſaia. q̀ ſuꝑ hũilẽ et q̃etũ ⁊ tremẽtẽ
ſmones ſuos req̃eſcit dñs. Itacꝫ nihil ꝓ/
hibet fieri verbũ apud tales de theologia
myſtica / que amoꝛ eſt. ⁊ amoꝛe cõquiriꝛ cũ
e diuerſo ſapiẽtes in ocul' ſuis ſine caſto a/
moꝛe languentes circa pugnas verboꝛum
ab hac arceri cõueniat. Carnal' eni hõ non
ſapit ea que dei ſunt. ¶ Conat⁹ ſum in quo
dã vulgari tractatulo ꝑ palã iſta facere q̃/
dã exẽplo. Sint duo filĳ pr̃is vni⁹ optimi
Sit vn⁹ eoꝛũ curioſus ⁊ aſtutus in inq̃ſi/
tõe cõditionũ paternarum. nũc ex opibus.
nunc ex verbis / quatin⁹ in earũdem elocu/
tõe vel doctrina apð alios delecteꝛ. Odiat
autẽ patrẽ vel nullã iuſſis ſuis obedientiã
accõmodet. Ponamus aliũ ſimplicis in/
genĳ qui ꝺ patre ſuo nihil aliud q̃rat / nihil
interroget niſi quo pacto illi placere ⁊ i om
nibus obedire valeat. Querimus nunc q̃s
e duobus ab optimo patre magis amabi/
tur? nõ eſt dubium quin ſecũdus. Hic pre
terea plus iocundabiꝛ in paterna bonita/
te que ſibi pl⁹ ſapit. Ipſe deniq̃ pater tãdẽ
ſeipſum et ſecreta ſua puto tradet / faciẽs cũ

velut amantiſſimū in domo manere ſecum Aliū vero vel exheredabit vel incarcerabit vel etiam occidet

## Cōſideratio. xxxii.

oſtendit q̄ntum myſtica theologia diſtat a litteratoria ꝓpter finis diuerſitatē /et a ſpeculatiua vicijs ꝑimere

I
t Heologia ſpeculatiua vel litteratoria ꝑ hoc vl' maxime a myſtica ſecernit' ꝙ ꝑ̄ma ſeruire ꝑt vicijs. ſecūda neq̄q̄ niſi ꝑ accidēs valde. ſic ſi cōtingeret abuti ſpe vl' fide. ¶ Hāc differentiā octauā que eſt ex poſſidētis q̄litate breui v̄bo cōplex⁹ eſt ap'ls dicēs. Scientia inflat. charitas autē edificat. Rurſus ipe ad thimotheū loquēs de homie nō acq̄eſcente ei q̄ ſm pietatē ē doctrine /dicit ꝙ ſit ſuꝑbus /nihil ſciens /ſꝫ languēs circa q̄ſtiones ꝛ pugnas verboꝝ inutiles. ex q̄b⁹ oriūt' inuidie /ꝯtentōes /blaſphemie /ſuſpitōnes / male ꝯflictatōes hominū mēte corruptoꝝ. quia v̄itate priuati ſūt. Deniq̄ꝫ iacob⁹ vtrāq̄ꝫ deſcribēſ. nō eſt inq̄t iſta ſapiētia deſurſū deſcendens / ſed terrena aīalis diabolica. Sequit'. Que autē deſurſuꝫ eſt ſapia ꝑmū q̄dē pudica ē. deīde pacifica. modeſta. ſuaſibilis. bonis cōſentiēs. plena miſcordia et fructib⁹ bonis. iudicans ſine ſimulatōe ꝛ emulatiōe. ¶ Hec autē dicta ſunt nō vt ſciētia aut ſapiētia aliq̄ ſit de ſe mala. cū ſit ꝑfectio intellect⁹. ſed q2 abuſus ei⁹ tanto deterior et ſeuior eſt in ꝑuerſis /q̄nto ꝑ eā ꝯtra virtutes ꝑ vicijs decertat'. Ecce eni finis multiplex falſa ſeductōe queritur a multis. qui q̄m auerſi ſunt a deo fine vero / vt in varia diſꝑgant' oportꝫ. huic finis ē diuitie ꝛ opeſ. illi ſordide voluptateſ. huic pōpatici honores. apud aliū potētatus fragil' et anxi⁹ Cū igit' ſm exigentiā finis veri vl' eſtimati cetera oīa moderent' / cōſequens eſt vt ſubuerſo ꝛ ꝑuerſo fine ꝑuertant' omnia ad finē ordinanda. Inter que nimirū eſt ſciētia / q̄ dum ad diuitias acq̄rēdas reducit' appellat' terrena. dum voluptates indigna ſorte cōqui [illegible]alis nominat'. Dum vero emulatōib⁹ ſectis hereſib⁹ cōtentioni ꝛ ſimilib⁹ neq̄tijs ſpūalib⁹ ancillatur / quo pacto meli⁹ q̄ꝫ dyabolica cenſebit'. Scientia igit' in ꝑuerſis tot ſortit' nomina q̄t ſunt vicia eā ad ſe rapientia. vt ꝙ eſt ſuꝑba / arrogans / inflata ꝛ ſimilia. De talib⁹ dic̄ ſcꝑtura. Sapiētes ſūt vt faciant mala. Inde eni fit illō de grecis eulogiū ꝙ leges habebāt bonas ꝛ peſſima ingenia. Per contrariū vero ſapientia que deſurſum eſt / qualē loquimur / ſicut obſeq̄tur charitati ceteriſq̄ꝫ virtutib⁹. ita earū denoiationes cōtrahit. vt ꝙ eſt patiens. benigna. nō emulās. nō ambitioſa. Et hoc modo de ceteris. Sic ergo de theologia ſpeculatiua dicim⁹ ꝙ nō quelibet ꝑuerſa eſt / aut peruerſos inhabitat. nec in ea viciū eſſe ponimus. Sed in abutentib⁹ ea / qualit' nullus in theologia myſtica abuſus eſſe poteſt niſi forſan modo pretacto per ſuperbiā obiectiue.

## Conſideratio. xxxiii

ponit differentiā inter ꝓbos fideles / exēplo oſtēdēs quō iudicāt de theologia myſtica.

i A hominib⁹ nō ꝑuerſis nec auerſis a deo fine ſuo / poteſt altera inter theologū ſpeculatiuū et myſticum differētia inueniri. q2 vn⁹ ab altero ſecernit'. q̄lit' artifex ſolū ſpeculatiu⁹ ſine inſtrumētis conuenietib⁹ ꝛ habitibus acquiſitis / differt a practico experto / et in vtriſq̄ꝫ abundāte. Hanc differentiā nonā ſumptā ex operis facilitate vel difficultate familiari poſſum⁹ oſtendere exēplo. Si q̄s peritiſſimus in arte muſice / nō autē exercuerit ſe in vocali cantu neq̄ꝫ in cordis aut organis. imo vocē habeat raucā / et inſtrumēta muſicalia diſcordia / ſatagit tamē iſte vel cantare / vl' inſtrumēta pulſare / nulli dubiū q̄n oberrabit / et neq̄ꝫ dulcē neq̄ꝫ ſuauē ſimphoniā valebit afferre. Hec ſimilitudo reſpicit eum qui de diuinis ſcit artificioſa diſſerere. q̄ de morib⁹ ſil' et v̄tutib⁹ regl'as habet. et ſpeculatiuū plerūq̄ꝫ ſermonē. ſed nō dum vult ad ea que cognoſcit conformiter operari / cogit' languens illā apoſtoli vocē plāgere. Velle adiacet mihi / ꝑficere autem nō inuenio. Caret quippe virtutū habitibus tanq̄ꝫ inſtrumentis / habēs carnē rebellem et diſſonā ſpiritui. que dum tangit' / nihil ſuaue / nihil diuinū / ſed raucum / ſordidum ac ſtrepidulū reſonat. Sed et ſpirit⁹ dum velut q̄dam muſicus ſatagit obſequi deo in hymnis et canticis pioꝝ deſideriorum / ſentiunt' tantummodo fragores et tumultus obtuſi deſideriorū carnalium atq̄ꝫ terrenoꝝ. Iſtam rē mille ſil'itudines pares oſtēderent in ceteris artib⁹ ſcribēdi. pingendi. medicādi. militādi / nauigādi ꝛ ſimiliū. ¶ Porro ita pueri magis ſine arte paulatī R

extendēdo deambulatōem/diſcūt recte am
bulare q̄ȝ iacēdo etiā ſi mille regule eis ḡdi
endi vel modi dicerent̄.ſicut fabricādo fa/
bri fim⁹. q̄ꝛ ſil̄ꝛ inq̄rimus q̄d eſt virt⁹ non
vt tantūmodo ſciam⁹ ſꝫ vt bn̄ opando bo/
ni efficiamur. ait Ariſto.

## Cōſideratio .xxxiiii.

oſtendit philoſophoꝝ caliginē ꝛ theologo
rū claritatē ſub exemplo mariſ galilee ꝛ na
uis vētorū piſciū/ꝛ vocatōe filioꝝ zebedei

p Er theologiā myſticaȝ ſum⁹ in
deo/h̄ ē in eo ſtabilimur ꝛ a ma
ri turbido ſenſualiū deſideriorū
ad littus ſolidū eternitatis ad/
ducimur. In hac ɔſideratōe differētia etiā
inter duas theologias ſpeculatiuā ꝛ myſti
cā edocet̄. Speculatiua q̄ppe ſi ſola eſt nū
q̄ȝ q̄etat/inq̄etat poti⁹. alioq̄n nō dixiſſꝫ il/
le q̄ voluit inueſtigare de oībꝫ diligēter q̄ꝛ n̄
ſaturat̄ ocul⁹ viſu/nec auris auditu. dās p̄
h̄ intelligere q̄etē nō eſſe in ſola inueſtigati
one v̄itatis /ſꝫ famelicū q̄ddā ieiunūq̄ȝ de
ſideriū. Falloꝛ ſi n̄ ita apparuit ī maximis
phis. q̄ poſt omnes inq̄ſitōes ſuaſ tedio af
fecti/q̄ꝛ nō refecti. dixerūt h̄ vnū ſe ſcire q̄ꝛ
nihil ſcirēt. Videte q̄ſo q̄ȝ inanis refectio/
vbi p̄ tot tp̄a/p̄ tot ſtudia/nihil niſi vanitaſ
inanis in viſceribꝫ aīaꝝ repta ē. Preterea co
gnitōis iſta videt̄ eſſe natura q̄ꝛ pl⁹ ſatagit
rē cognitā ad ſe trahere ac ſibi aſſimilare q̄ȝ
ad ipaȝ eat. Qd̄ innuere videt̄ phs dicēs ve
rū eſſe in intellectu/bonū ī rebꝫ. Quid igit̄
mirū ſi cognitio ſola nō erit mare deſideri/
orū ſenſualiū/ſi etiā portū vl̄ litt⁹ et̄nitatiſ
extra ſe poſitū nō attingat Queadmodum
nauta in regimīe nauis q̄tidie garrula loq̄
citate docte diſſerēs/nihil v̄o coꝛ agens q̄
loq̄t̄/nūq̄ȝ a medijs pōti fluctibꝫ nauē ī lit
tore ſtabiliet/demerget poti⁹ eā/vl̄ p̄iculis
oībꝫ expoſitam fluctuantēq̄ȝ iugit̄ inueniet
Sil̄ꝛ ſpūal̄ nauta nūq̄ȝ ex ſola cognitōne.
maris intelligibil̄/nūq̄ȝ ex aſpectu ſolo/ſta
L bilitatē diſici port⁹ poterit adipiſci¶ Mul
ta ſunt ī hāc ſn̄iaȝ ɔcordātia diuīe ſc̄pture
teſtimonia. Sꝫ libet vnū h̄ ſiḡnter īſerere
de vocatōe filioꝝ zebedei. q̄ſ dn̄s ih̄s a ma
ri galilee ad litt⁹ enatare docuit Ubi theolo
gia myſtica p̄ ſenſus anagogicos cognoſci
tur. ¶ Videndū ē q̄d p̄ anagogiā. i. ſurſum
ductōem ſignificet mare galylee. q̄d littus
ei⁹. q̄d nauis. q̄d vocatio dn̄i :ꝛ ita de alijs
¶ Itaq̄ȝ ſicut mare moralit̄ p̄ſens ſeculum.
ſic anagogice coꝛruptā nr̄e ſenſualitatꝭ flu
ctuationē ſignificat/dicēte ſapiēte. Coꝛ im
pij q̄ſi mare feruēs. Qd̄ iō mare galilee di
cit̄. q̄ꝛ mutatōeȝ vl̄ migtōem ſignificat ga
lylee. Quid autē mutabili⁹. q̄d inq̄eti⁹. q̄d
p̄cliui⁹ ad emigtōeȝ q̄ȝ ſenſualitas iuenit̄:
Nūc arrogantia tumet. nūc ſepe attollitur.
nūc deſpatōe deijcit̄. nūc efferueſcit ꝛ extra
ſeipaȝ rapit̄ p̄ iracūdiā. nūc p̄ inuidiam in
ſeipa frangit̄ atq̄ȝ fatigat̄. Voraȝ ē p̄ iglu/
uiē/p̄ luxuriā ſoꝛdida voluptate ɔ̄ſpumat.
eā reddit īſatiabilē inexplebilēq̄ȝ cupiditaſ
¶ Illic deniq̄ȝ piſces ꝛ reptilia varioꝝ deſi
derioꝛū/quoꝝ nō eſt numer⁹. ¶ Poꝛro qui
deſcēdūt in h̄ mare ſenſualitatis nauibꝫ ra
tiocinatōnū naturaliū ipi vidēt opa dei/et
mirabilia ei⁹ in p̄fundo. Sꝫ q̄ p̄fundo:p̄
fundū inq̄t ſcriptura coꝛ hoīs ꝛ īſcrutabi/
le/ꝛ q̄s cognoſcet illud :¶ Ceteꝛ mirabilia
valde opat̄ de⁹ ī h̄ p̄fundo q̄ ſtudioſi piſca
toꝛes/phi mūdiales p̄ rhetia ſuaꝝ adinuē/
tionū atq̄ȝ doctrinaꝝ ſcrutari conati ſunt.
ſꝫ defecerunt ſcrutātes ſcrutinio. neq̄ȝ enim
cauſam tāte tāq̄ȝ inq̄ete fluctuatōis in car
ne nr̄a attigere valuerūt. nob autē reuela/
uit de⁹. q̄ꝛ peccāte p̄mo hoīe rupta ē ɔcoꝛ/
dia. ſciſſum fed⁹ legꝭ īdite īter rōeȝ gubna/
tricē/ꝛ obſeq̄ntē ſenſualitatē. ¶ Inde q̄ſi iu
xta poeticā fictōnem apto eloi antro/ q̄ ſcꝫ
elous fingit̄ de⁹ ventoꝝ. mox flauerūt ven
ti. ſ. paſſionuȝ/q̄ velut ex aduerſis p̄tibꝫ ag/
mine facto /ɔturbauerūt tēpeſtate magnū
mare noſtꝝ. Nā q̄ſ neſciat/q̄s nō q̄tidiano
naufragio p̄iclitat⁹ agnoſcat/meſtū illō ec
cleſie canticū: Cōfuſa ſunt hec oīa. ſpeſ. me
tus. meror. gaudiū. Nōne q̄ttuoꝛ iſte paſſi
ones venti ſunt totidē cardiales. gaudiuȝ
q̄ſi ab oriēte. meroꝛ ab occidēte. ſpes a me/
ridie. metus a ſeptētriōe. rabido īpetu flā
tes. A q̄bꝫ exagitatū mare noſtꝝ nunc ad
celū p̄ ſpem ꝛ gaudiū aſcēdit. nūc deſcēdit
vſq̄ȝ ad abyſſos p̄ metū ꝛ meroꝛē. hinc me/
tuunt/cupiūt/gaudētq̄ȝ /dolētq̄ȝ /ait egre/
gi⁹ poeta. ¶ Sentim⁹ heu nimiū/vtinā ſic
deſcribere valerem⁹ /queadmodū his paſ/
ſioībꝫ q̄quauerſum ſine oꝛdine/ſine leg[illegible]
flantibꝫ abripitur a ſtabili et̄nitatis portu
nauta nr̄. i. ſpūs rōnal̄/faciēs opatiōem in
aquis multꝭ cogitatōnū ꝛ affectōnū. neq̄ȝ
venit ad litt⁹ trāquille ɔtēplatōis niſi p̄te/
reūte ieſu ſec⁹ mare galylee. ꝛ niſi exēplo fili
oꝛū zebedei vocantē eū ſeq̄t̄. relictis tn̄ pri
us rhetibus mūdane curioſitatis /et naui

ratiocinatiõis natural'. imo et p̄re zebedeo
id ē tp̄e mutabili et fluido in q̄ gignimur.
zebedeꝰ enī fluidꝰ iſte vl' fluens interp̄taꝛ.
Euchaꝛ autē oportꝫ ſpūs nr̄ ſup oēm tp̄is
mutatõem ſi ad litꝰ eternitatis ꝛ portū v̄/
tuoſe ſolideq₃ ꝯtēplatõis applicare volue/
rit/vbi imotꝰ ꝑmaneat. vbi figat ancoram
ſpei depēdentē a naui fidei. vbi petre ſtabi/
li q̄ deꝰ ē ꝑ amorē totꝰ adhereat/nõ caſurꝰ.
q̇cq̇d exagitet aut circūuolet ſenſualiū deſi
deriorū ꝛ fantaſmatū ꝯfuſiſſima incõſtan/
tiſſimaq₃ multitudo. De hac q̄ꝫ naui hanc
ſil'itudinē ꝛ portū nõ h̄ nouā ꝯfingimꝰ. du
dum enī diuinꝰ Dyoniſiꝰ ī tercio de diuis
noīb₉ illā nobis apuit ¶ Ecce ſummatim ꝑ
ſtrixtimꝰ q̇d ꝑ anagogiā v̄ba p̄dicta euāge
liſte nr̄i deſignāt. Mare eſt ſenſualitas. lit/
tus eternitas. venti paſſiões. piſces vl' rep
tilia ſenſualia deſideria ꝛ fantaſmata. Spi
ritꝰ piſcatoꝛ. nauis ratiocinatio. rhetia ſtu
dia mūdana. zebedeꝰ tp̄is fluxus. mercēna
rÿ mūdani ph̄i. vocatio ieſu diuia attractõ
Piſcari vero hoīes eſt ſupnaturales vel di
uinas inueſtigare inuenireq₃ v̄itates

# Septima pars prin

cipal' agēs de amoꝛe/ꝛ eius triplici ꝓꝓeta
te. et de raptu ſil' ꝛ extaſi. ꝛ a. xxxv. ꝯſidera/
tõe vſq₃ ad. xl. Ordine v̄o. xxxv. ꝯſideratõ
ponit aīam rõnalē ſine inſtinctu dei ꝛ amo
re nõ poſſe ad finē debitū ꝑuenire.

r Ational' ſpūs tanq̄₃ ſpūal' nau/
ta ꝑ theologiā myſticā doctꝰ/nõ
niſi vocante dn̄o/ꝛ ſecretis affla
tib₉ velū mētis impellēte/a ma/
ri ſenſualitatis ad litꝰ eternitatis. hoc eſt a
carnalib₉ ad ſpūalia ꝑuenit. Et nõ niſi per
eius amorē/in deifico portu ſtabilitꝰ atq₃
ſolidatꝰ ꝯq̇eſcit. Hoc ex p̄cedēti ſil'itudine
ſatꝭ ꝑſpicuū eſt ex his q̄ diximꝰ in p̄cedenti
ꝯſideratõe. Nam cū ibi oſtēſum ſit q̄ n̄ ac/
q̇rimꝰ portū ſtabilē in deo ꝑ ſolā cognitõꝫ
ſupeſt vt h̄ fiat aliūde. videlicꝫ ꝑ amoroſaꝫ
affectõem. ꝑ hāc q̇ppe cū deifico portu no
ſtro vnimur. ꝛ ei adheremꝰ/dicente ꝓph̄a.
Mihi aūt adherere deo bonū ē. Et rurſus
ſcriptū eſt. Qui adheret deo vnꝰ ſpūs eſt.
Illud q̄ꝫ clarꝰ eluceſcit ex ꝓꝓetatib₉ amo/
ris. quaꝝ tres ad p̄ſens attingere ſatis erit.
Amoꝛ enī rapit. vnit. ſatiſfacit. Pr̄io q̇deꝫ
amoꝛ rapit ad amatū/ꝛ inde extaſim facit.
Scd̄o amoꝛ iūgit cū amato et q̄ſi vnū effi
cit. Tercio amoꝛ ſibi ſufficit nec aliđ p̄ter
amare q̄rit. De his itaq₃ ꝓꝓetatib₉ deīcep̄s
aliqua ſunt ꝓſequenda.

# Cõſideratio. xxxvi.

explicat vim amoris ꝓut eſt in raptu ꝛ ex/
taſi ꝑ ꝓꝑas differētias exēplificādo đ pau
lo ꝛ exemplo naturali.

a Moꝛ rapit ad amatū ꝛ extaſim
facit. Et vocaꝛ raptꝰ ī ꝓpoſito
eleuatio potētie alicuꝰ ſup̄ infe/
riores potētias/ꝛ exactuatõe eiꝰ
ī ſua opatõe/ceſſantib₉ vel debilitatꝭ actib₉
inferiorū potētiaꝝ. Uel raptꝰ eſt fortꝭ actu
atio et vehemēs ī ſupiori potentia/vnđ ceſ
ſant opatões inferioris potētie. vl' ita debi
litanꝛ ꝛ liganꝛ vt ſupiorē in ſua opatõe neq̄
q̄₃ impediāt. ¶ Porro extaſim dicimꝰ ſpēꝫ
q̄ndam raptus q̇ fit appropatꝰ in ſupiori
portõe aīe rõnal'. q̄ ſpūs vl' mens/vl' itelli
gētia noīaꝛ. dū mēs ita ī ſuo actu ſuſpēſa ē/
q̄ potētie inferiores ceſſant ab actib₉ ſuis.
ſic q̄ nec rõ/nec imaginatio/nec ſenſus ex/
teriores/imo q̄nq₃ nec potētie naꝛales nu/
tritiue et augmētatiue/ꝛ motiue poſſint exi
re in ſuas ꝓꝑas opatões. Diſtinguēdo igi
tur ꝛ quodāmõ ꝯ̄hēdo raptū ꝯtra extaſim
Raptus eſt minoriſ efficacie in ſuſpēdēdo
vl' impediendo actū inferiorē. Inueniꝛ tn̄
etiā in om̄i potētia ſupiore reſpectu īferioꝝ.
Extaſis v̄o ī ſola mēte fit/ſꝫ ꝛ actꝰ inferio/
rū potētiaꝝ nõ ſolū debilitat ſꝫ tollit fundi
tus q̄₃diu durauerit. ¶ Paul' itaq₃ exempli
cauſa in ſuo raptu duo exꝑmit q̄ ꝯcurrunt
in extaſis deſcriptõe. Exꝑmiꝛ enī potentia
q̄ rapta ē. ſ. terciū celū ipiꝰ aīe mõ ſup̄ expo
ſito. qđ celū in potētia cognitiua eſt mens
vl' intelligētia. ꝛ ī affectiua eſt apex mentis
vel eiꝰ ſcintilla. Exꝑmiꝛ ſcd̄o ceſſatio oīm
inferiorū ab actib₉ ſuis. alioq̇n quõ paulꝰ
neſciſſet an ī corꝑe vel extra corpus fuiſſet.
¶ Eſt igiꝛ extaſis raptus mentis cū ceſſati
one omniū opatõnū in inferiorib₉ potētiꝭ
Et hꝰ p̄t rurſus ſubdiuidi ſm̄ duplicē vim
mentis. vnā cognitiuā ꝛ aliā affectiuā. Pri
ma extaſis ē raptꝰ in ſpū. ſcd̄a raptꝰ extra
ſpiritū. ¶ Niſi forte aliꝛ velimꝰ diſtinguere
hos raptus penes obiecta vt raptꝰ in ſpū
dicaꝛ reſpectu itelligibiliū ſub deo. ꝛ raptꝰ
ſup̄ ſpiritū reſpectu diuinoꝝ. ꝛ forte vtrāq₃
acceptõem in ſcp̄turꝭ legimꝰ ꝑmixtim. In
uenimꝰ enī de regina ſaba q̄ nõ habebat vl
tra ſpiritū. q̄m̄ admiratio vehemēs ſuſpen
derat actus oīm potentiaꝝ in ea reſpectu

corū q̄ de ſapiā ſalomōis fuerat ↄtēplata.
A Et h̄ ꝑt dici ſtupor vl' ſpaſmꝰ. ¶His itaqꝫ
ꝓlocutis de noīe raptꝰ ⁊ extaſis ſupeſt in/
dagare quō hec fiāt originalr̄ ꝑ amorem:
Cũꝫ igit̄ amor ſit radix aliaꝝ q̄liũcūqꝫ af/
fectionū/ſi ↄ̄ſiderimꝰ ꝙ affectio potius q̄ꝫ
cognitio raptū agat/patebit ſufficiēter qđ
intēdimꝰ. ¶Eſt in ꝓmis ſilitudo amoris
q̄ ad pondꝰ/quēadmodū vnꝰ ex ſapiētibꝫ
dixit. Amor meꝰ pōdꝰ meū. illo feror q̄cū/
qꝫ feror. Oꝑtet igit̄ ꝙ amor ſit trahēs et ra
piēs. Ferūt̄ itaqꝫ ꝗuia ad locū ſtabilitatiſ
⁊ q̄etis ſue tractu q̄dā potiꝰ q̄ꝫ ex cognitōe
huiꝰ cētri. ſiue pōderis tēdentis ad cētruꝫ
mūdi. hoc palā in ꝗuibꝫ cognoſcētibꝫ que
ceſſante oīni ſua cognitiōe/ nihilominꝰ de
orſum nō īpedita ferunt̄. Et licꝫ amor (ꝓ/
ſertim q̄lem loq̄mur) forte magis hꝫ de ſili'
tudine cū natura leuitatis/cuiꝰ ē ſuꝑferri.
tñ ipa etiā leuitas pondꝰ qđ dā dici ꝑt/iu/
xta intentōem ꝓnoīati ſapiētis. ¶Rurſuꝫ
experimur ī ferro/qđ dū affectū ē ꝑ magne/
tem rapit̄ ad ipm ꝓrſus ſine cognitōe. Sꝫ
⁊ ꝟtus nutritiua nutrimētū ꝗue ſurſū tra
hit/nō opante ad h̄ cognitiua ꝟtute. ¶De
hinc trāſeamꝰ ad raptū ꝟtutū cognitiuaꝝ

## Cōſideratō. xxxvii.

alium ſcribit raptū imaginatōis/in paſſi/
onatis exēplificādo.

r Aptus imaginatōis ſuꝑ vires
ſenſitiuas inferiores fit ꝑ amo/
ris affectōem. Manifeſtū eſt ꝙ
amoris vl' deſiderij affectio/ꝑt
tanta fictiōe ꝟtutem imaginatiuā trahere
vl' rape/ꝙ potentie īferiores ſenſuū exteri/
orū/ obiecta ꝓpria eis oppoſita nō atten/
dūt. h̄ ſumpſit phs ab experientia. Et hic ē
raptus q̄dē ꝓmꝰ ī ꝓmo celo aīe. quē raptū
q̄d aliud ꝓncipalit̄ efficit q̄ꝫ feruidū intꝰ
deſideriū rei ꝑ imaginatiōeꝫ ꝓ̄ſentate: neqꝫ
enim ſola cognitio imaginatiua ꝓfundā fi
ctionē facere ſufficeret. ¶Uidemꝰ hūc ra/
ptū ī philocaptis alijſqꝫ pl'imis q̄s melā/
colicos ⁊ fātaſticos appellamꝰ. ⁊ q̄buſdā
repēte timētibꝫ et irat̄ aut vehemēter ʒelā/
tibꝫ. Sicut aūt imagiātio vl' alie vires ſu
ꝑiores ſuꝑ ſenſus exteriores efferūt̄ et rapi
unt̄. ſic ecōtra ↄſtat aīam q̄nqꝫ ſic detineri
circa ſenſatōem exterioris obiecti ꝑ tactū/
guſtū/aſpectūqꝫ. ꝙ opatōes potētiaꝝ ſuꝑi
orū ceſſant aut impediūt̄. Hoc aūt ꝓꝑe ñ
dicit̄ raptus ſꝫ tractus aut demerſio dū ꝑ
potentiā inferiorē ſuꝑior deorſum trahit̄.
⁊ ab actu ſuo ↄpellit̄ ceſſare/qđ fit ī nobis
ex corruptela peccati nimis heu faciliter ⁊
frequenter.

## Cōſideratō. xxxviii

raptus vim ꝓut eſt in ratōe ſicut in ſtudi/
oſis apparet oſtēdit declarādū

r Aptus rōis in actu ſuo ſuꝑ po/
tentias inferiores fit ꝑ volūta/
tis amorē. Fecerūt h̄ ꝑſpicuū
ſtudioſi ꝑſcrutatores regularū
generaliū ī varijs artibꝫ/q̄ abſtrahentes a
motu ⁊ materia/ vl' ſpūalia meditātes q̄/
runt deducere et rōcinari ex notis incogni
ta. q̄s aliq̄ñ volūtariꝰ hmōi appetitus ceſ
ſare fecit ab opatōibꝫ/nō tm̄mō ſenſuū ex/
teriorum/vt neſciret q̄d ab extra fieret. ſed
etiā ꝟtuti fātaſtice ac imagiātiue ſua actio
denegabat̄. Jta vt corporeū fantaſma nul
lum irrueret/aut irrumꝑe volēs ſuꝑiori ra
tionis voluntatiſqꝫ ꝟtute ꝓmeret̄. patuit
hoc in q̄buſdā/de q̄bus apud valeriū ma
ximū nota eſt hyſtoria.

## Conſideratio. xxxix

eſt de raptu mentali ſiue ſcintilla eiuſdē. et
ſolūmodo eſt magis ꝑfectorū.

r Aptus mētis ſuꝑ potētias ſe ī D
feriores fit affectōis ꝑ ſcintillaꝫ
menti cognatā vl' appropatā q̄
amor extaticus vl' exceſſus mē/
tis noīat̄. ¶Manuducimur ex ꝓoribꝫ ra/
ptibꝫ q̄ ſicut crebriores ⁊ faciliores ſūt. ſic
intelligibiliores inueniunt̄/q̄lit̄ mens ī ſu
is actibꝫ talit̄ efferri pōt et figi/ vt nulla ī/
feriorū potētiaꝝ eā īterturbet. imo ꝑ vim
ſuam affectiuaꝫ ita ſeipam actuabit ꝙ vis
ſua intellectiua/vt ſic neqꝫ ſe neqꝫ alia reco
gitabit. quo rōnabilit̄ ↄceſſo ꝓmptiſſima
ſunt ↄſeq̄nt̄ ad intelligēdū oīa q̄ doctores
eleuatiſſimi/noīatim Dyoni. tradiderūt d̄
myſtica theologia. Ea inſuꝑ q̄ dicūt fieri
in ſapiētibꝫ ⁊ deuotis. vt ſunt extaſis/men
tis exceſſus. anagogica ductio. raptus in
terciū celū. diuiſio aīe et ſpūs. introductō
in diuinā caliginē exēplo moyſi. vel in ſan
cta ſctōrū cū nube oīa tegente/iſtar aaron.
Quid etiā amor vehemens. id ē mēteꝫ ve/
hens: q̄d mors aīe viuēte ſpū: q̄d nox illu
miatia tenebr̄: q̄d mors rachel ī ꝑtu benia
min: q̄d anagogica ↄuerſio iordanis retror
ſum: intelligentie ſe ꝓ̄ſentabūt/⁊ ſil'ia.

# Octaua pars pꝛīci

palis agit de vi amoꝛis q̄ amātē vnit cū
deo ac ſtabilē facit ac requieſcere vſq; ad fi/
nē p̄mi tractatꝰ. Oꝛdine v̄o eſt ꝯſideratio
xl. q̄ remouet varioſ vniōis modos. ⁊ ꝑue
nit ad illū quē etiā oñdit. q̄ animā dicitur
deo vnire.

Amoꝛ vnit amātē cū amato/ac
a ꝓinde hūc ſtabilire ac ſiſtere fa/
cit cū illo. hec dicta ē ſcđa amo
ris ꝓpetas. ¶ Pro cuiꝰ intelle/
ctu loq̄ndū eſt aliq̄d de modis vnionū va
rijs et diuerſis. Sed cū hec vnio de q̄ loq̄
mur nō coꝛꝑalis eſt ſed ſpūalis/de coꝛꝑa/
libus vnionibꝰ nihil hic dicēdū ē. Unio/
nes autē ſpirituales īuenimꝰ/vt ꝑ inheſi/
onē. ꝑ infoꝛmatōem. ꝑ actuatōez. ꝑ aſſiſtē
tiam pꝛīcipalitatis. ꝑ illapſum. ꝑ ſuſten/
tatōez hypoſtaticā. vbi plꝛes nature ī vna
ꝑſona ꝯueniunt. Sed oīm ſup̄ma vnio ē
in diuīa eſſentia ſeu natura/in q̄ tres ꝑſone
ſūma vnitate ſubſiſtūt. Sꝫ has vniones
tā q̄; huic ꝓpoſito minꝰ ꝯueniētes relinq̄/
mus. Hec v̄o vnio amantis cū amato ab
Ariſto. in ethicis tangit̄. vbi ait. amicꝰ eſt
alt̄ ego. cuiꝰ vniōis rō exp̄mi videt̄ cū ab
eodē dicit̄. Amicoꝝ ē idē velle ⁊ idē nolle.
ſpūs ḡ noſter cū deo adheret ꝑ intimum
amoꝛē/vnus ſpūs ē cū eo ꝑ volūtatis cō/
foꝛmitatē. ſolꝰ enī amoꝛ ꝑfectus et ꝑfecte
deo adherēs veracit̄ oꝛat. fiat volūtas tua
ſicut in celo et in terra. et q̄ ſic oꝛat/oꝛat vti
q; in ſpū et v̄itate. ſicut oꝛandū eē veritas
docuit in euāgelio. Nam ⁊ ipe pr̄em ado
rauit dicēs. verūm̄ nō ſicut ego volo ſꝫ ſic
tu. Itaq; q̄ ſic vnit̄ deo ⁊ adheret ꝑ amoꝛo
ſam volūtatis ꝯfoꝛmitatē vtiq; ſtabilit̄ in
eo. Ad quod traduci p̄t illud p̄ſ. Abſoꝛpti
ſunt iūcti petre iudices eoꝝ. id ē in deo
totaliter ſtabiliti.

## Conſideratio. xli.

agit de erroꝛib; circa trāſfoꝛmatōez anīe in
deū. ⁊ q̄d ſit. et quō etiā ꝯplet̄/exēplis oſtē
dit et rationibus.

P Amoꝛoſa vnio mētis cū deo/q̄
a fit ꝑ theologiā myſticā/cōgrue
trāſfoꝛmatio noīat̄/ſicut beatꝰ
Diony. et ſcti pr̄es locuti ſunt.
ſed in explicatōis modo varietas īuenitur
¶ Fuerūt enī q̄ dicerēt ſpiritū rōnalē dum
ꝑfecto amoꝛe fert̄ ī deū/deficere penitꝰ a ſe
ac reuerti in ideā ꝓpꝛiam/quā habuit imu/
tabiliter ac eternalit̄ in deo. iuxta illō Jo/
hā. qō factū eſt ī ipo vita erat. Dicūt ḡ ꝙ ta
lis aīa ꝑdit ſe et eſſe ſuū/⁊ accipit veꝝ eē di
uinū. ſic ꝙ iā nō eſt creatura/nec ꝑ creatu/
rā videt aut amat deū. ſed eſt ipe deꝰ q̄ vi/
det̄ ⁊ amat̄. Hāc inſaniā voluerūt aliqui
trahere ex verbis Bernardi in ep̄la ad fra
tres de monte dei. Hanc etiā niſuſ fuit po
nere almaricꝰ hereticꝰ ab eccl̄ia ꝯdēnatꝰ.
quē ꝓpt̄ea Augꝰ int̄ hereticos noīauit et
numerauit. Hanc etiā niſus eſt renouare
autoꝛ illiꝰ tractatus. cuiꝰ titulꝰ eſt de oꝛna
tu ſpūaliū nuptiaꝝ/cuiꝰ initiū ē. Ecce ſpō
ſus venit exite obuiā ei. ¶ Cōtra hunc erro
rē ſcripſi dudum q̄ndā ep̄lam/licꝫ in alijs
ſcriptis eiꝰ hunc erroꝛē coꝛrexiſſe videatur
ponēdo ꝙ aīa talis ſꝑ remanet in eſſe ſuo
ꝓpꝛio qō habꝫ ī ſuo genere. ſꝫ dꝫ tm̄modo ſi
militudīarie trāſfoꝛmari/ſicut amatoꝝ di/
cimus coꝛ vnū et aīaꝫ vnā/qō vtiq; ꝯce/
dimꝰ. ¶ Fuerunt alij ponētes ꝙ amoꝛ crea
ture ad deū nihil eſt aliō q̄; deꝰ. ⁊ ita ꝙ ſpi
ritus rōnal̄ foꝛmal̄r amat deū ꝑ ſpm̄ ſctm̄.
Hec opinio imponit̄ mḡro ſniaꝝ. quam
ideo doctoꝛes nō tenēt. q2 n̄ poſuit foꝛmā
aliquā dilectōis actual̄ vel habitual̄ qua
ſi mediā ad diligēdū deū eſſe neceſſariam
Nā ſi h̄ addidiſſet et reſoluiſſet q̄d dic̄ hec
ꝓpoſitio ꝑ. dū ait ꝙ deꝰ diligeret̄ ꝑ ſpm̄ ſā
ctum. q2 ſcꝫ dicit cauſam exēplarē/tūc poſi
tio ſua ꝯpletioꝛ et irrep̄henſibilioꝛ fuiſſet.
¶ Fuerūt alij q̄ ꝑ ſil̄itudīes reptas in coꝛ/
palib; voluerūt hāc vnionē ſeu ſpiritualē
trāſfoꝛmatōez reddere clarioꝛē. Dixerūt enī
ꝙ aīa ſic vnit̄ deo et ī ipm trāſfoꝛmat̄ quē/
admodū ſi gutta aq̄ mittat̄ ī doliū foꝛtꝭ vi
ni. Illa nāq; gutta tūc ꝑdit eſſe ꝓpꝛiū/cō/
uertit̄q; totalit̄ ī alienū. velut etiā ſi cibꝰ ꝑ
nutritōem ꝯuertat̄ in cibatū. iuxta illō qō
Augꝰ loq̄tur in ꝑſona dn̄i. Cib; ſum ḡn/
diū crede ⁊ mādicaſti. nō tu me mutab in
te. ſic̄ cibū carnis tue/ſꝫ tu mutaberꝭ in me
Memī me legiſſe ꝙ ad p̄dicatōem ꝑfate ſi
militudīs/deuota q̄dā mlīer ſic exeſtuauit
ſic exarſit intrīſecꝰ ꝙ ꝯcepto ſpū ſeſe nō ca
piēs/ipa velut muſtū nouū abſq; ſpiracu
lo/ruptis venaꝝ et neruoꝝ vincul̄ vitaꝫ
cū ſanguīe tradiderit. ¶ Traducūt aliq̄ v̄/
bum deuoti Ber. ī de p̄cepto et diſpēſatō
ne ad hunc ſenſum dum ait. ꝙ verius eſt
aīa vbi amat q̄; vbi aīat. q̄ſi videlicꝫ amā/
do ſe et coꝛpꝰ deſerat. ac ī deū ſuū tota ꝑ/

trāſeat. ¶ Uez hec ſilitudo d̄ficit. habetqꝫ
plimū de diſſilitudie / alioq̄n redirem⁹ ad
errorē ṗuſ ꝯmēoratū. nō eni ꝑdit aīa ī hac
vniōe ſuū eē ꝓpriū. ſic̄ gutta aq̄ deſinit per
corruptōꝫ quā alteri⁹ generatio ſubſeq̄tur
¶ Ruſus ꝓpt̄ eādē rōem ſilitudo trāſſub
ſtantiatōis q̄ fit ī bn̄dicto ſacro / nō ſatꝭ eſt
idonea ad explicādū trāſformatōꝫ amantꝭ
Q ī deū amatū ¶ Adducūt aūt aliȷ ſilitudinē
ferri cādentis ſeu carbōis igniti. vbi ferꝝ
ꝛ carbo remanēt ſub eē ꝓꝓo. induūt tn̄ q̄ſ
dā ꝓꝓetates ignis ſeu caloris incorꝑati. ꝛ
q̄ſi ꝓꝓas ꝑdūt. vt frigiditatē / rigorem et
nigredinē. ſic ꝙ ferꝝ illō cādēs videt̄ eſſe
totalꝫ ignis. Sic ṗtea aer illumiatus īcor
porat ī ſe lumē ſolis. ita vt ex aere ꝛ lumie
vnū fieri videat̄. ſic ferrū affectū ꝑ magne
tē īduit magnetꝭ ꝓꝓetatē. vt videlicꝫ ipſuꝫ
ferꝝ aliō ad ſe valeat trahere. ſic vapor q̄ ē
ſubſtātialit̄ aq̄ / leuitatē accipit / et q̄ndā ex
calore aeris ꝯditōem. ¶ Dāt aliȷ ſilitudinē
generalꝫ ꝑ p̄fate vniōis manuductōne de
vniōe materie ad formā ſeu ꝑfectibilis ad
ſuū ꝑfectū. Conſtat nimirū ꝙ materia an̄
ſuſceptōeꝫ forme ipfecta ē / ꝛ ſine decore / ſi
ne ꝟtute / ſine actōe deſ ei forma / mox vēit
ad ꝑfectōem iuxta forme ſibi vnite ꝓꝓeta
tem. Sic aīa ṗus q̄ꝫ vniat̄ deo ꝑ viuificū
amorē manet ī q̄dā morte ſpūali ſine deco
re / ſine ꝟtute ad act⁹ viuificos meriti vite
eterne. Si aūt deo ꝯiūgat̄ tāq̄ꝫ fontali to
ti⁹ vite ṗncipio / dat̄ ſibi vita q̄dā diuina.
nō q̄dem ꝑ formalē inheſionē dei ad aīaꝫ.
Ħ eni repugnat diuīe ꝑfectōi. ſꝫ ꝑ illapſum
q̄ndā intimiorē et ſpūalē / ſecluſa īꝑfectōe
q̄libet. ꝛ Ħ mediāte amore tāq̄ꝫ q̄litatiua ꝛ
armonica diſpoſitōe / qōdāmō ꝓportiona
bilꝫ / ſicut diſpoſitō materie p̄req̄rit̄ / nec tn̄
ſufficit ad hūane forme ſuſceptōeꝫ. ¶ Pre
miſſis igit̄ his ſilitudibꝫ dicam⁹ ꝯſeq̄nter
ad eas ꝙ amor ſicut calor naturā hꝫ ꝯgre
gādi ſeu vniēdi omogenea. ſic̄ etiā ſepat ꝛ
diuidit etherogenea. Cōſtat aūt ꝙ ſpūalia
cū ſpūalibꝫ omogeneitatē q̄ndā. i. ſilitudi
nem ſuāt ad inuicē. ꝛ a corꝑalibꝫ ſeu terre
ſtribꝫ ſint diſſilia. Omne igit̄ qō ī hoīe repi
tur ſpūale vl̄ diuinuꝫ ſegregat̄ qōdāmō per
amorē viuificū / ab omi eo qō terreſtre ē at
q̄ꝫ corporeū. ſic fit ibi diuiſio ſpūs et anīe.
id eſt ſpūalitatis ꝛ aīalitatis ꝛ ſenſualitatꝭ.
ꝛ ſepat̄ p̄cioſuꝫ a vili. ꝛ qꝛ de⁹ ſpūs ē ꝛ ſili
tudo ē cā vniōis / ꝑſpicuū ē cur ſpūs ratō
nalis ſic depurat⁹ ꝛ defecat⁹ / vnit̄ ſpūi di

uino. qꝛ videlicꝫ ſilis efficit̄ cū deo. Adda
m⁹ tn̄ alterā hui⁹ vniōis cām etiā q̄ ad ea
q̄ corp⁹ ipm reſpiciūt. Spūs itaq̄ꝫ ſic aſſi
milat⁹ deo / ſic q̄lificat⁹ ꝛ affect⁹ ꝑ amoreꝫ
q̄lificat et afficit ꝯnr̄ corp⁹ ꝓpriū tāq̄ꝫ ſuū
formabile ſeu matiale / ꝑ redūdātiā ſpirit⁹
ad corp⁹. Quo fit vt corp⁹ ꝓpriū ſic habi
tuatū ꝛ affectū īduat ꝛ gerat q̄ſdā ꝓꝓetateſ
ipi⁹ ſpūs / ꝓpriȷs vl̄ derelictꝭ vl̄ mltuꝫ ab
actōe ſuſpēſis. Inde eſt dictū Ariſto. ī vir
tuoſo inq̄t oīa ꝯſonāt ratōi. Sic ḡ ſpūſ nr̄
tract⁹ a dō trahit ꝯſeq̄nter ea q̄ corꝑis ſūt.
ac ṗide reſultat vnio mirabil̄ ſpūs ad de
um ꝛ corꝑis ad ſpm̄.

## Conſideratio .xlii.

q̄etē aīe in deo ſm triplicē ipi⁹ tenſionē on̄
dit / ꝑut ſctē trinitati ſilitudiarie quodam
modo in eadē ſtabilitat̄.

p Ex p̄dictā amoroſam vniōem R
ī q̄ myſtica theologia ꝯſiſtere vi
det̄. anīa q̄etat̄. ſatiat̄ et ſtabilit̄.
qō facile eſt in ṗmis ex ṗori de
ducere. Nā cū res q̄libꝫ ſit ī q̄ete dū ꝑfecti
onē ſuā adepta ē / illiq̄ꝫ ꝯiūcta. ꝛ ſpūſ nr̄ v
nit̄ ꝛ ꝯiūgit̄ ſūmo ꝑfectibili ꝑ amorē ꝑfe
ctū / vt exinde q̄etet̄ ſatiet̄ et ſtabiliat̄ neceſ
ſe eſt. Sic materia ī forma habita. ſic lapiſ
ī cētro poſit⁹. ſic res q̄libꝫ ī adepto fine ſuo
q̄etat̄. Aīa q̄ppe rōnalis dū ꝯiūgit̄ ꝛ vnit̄
deo copulat̄ ſuo ſūmo bono. Eſt eni deus
ſummū bonum ei⁹ / ē cētꝝ ei⁹ / finis / totaq̄ꝫ
ipi⁹ ꝑfectio. q̄d ḡ aliō ipa req̄reret: aut ad
q̄d aliō vlt̄i⁹ ihiaret: ¶ Porro ī ipa aīa ꝯſi
dero tres tendētias ṗncipales ꝓportiona
bilit̄ ad triplicē vim ei⁹ ſiue potētiā. q̄rum
vna ē ꝯcupiſcibil̄. alia rōnal̄. tercia iraſci
bil̄ noīat̄. ꝯcupiſcibil̄ tendit ī bonum. rati
onal̄ ī veꝝ. iraſcibil̄ ī arduū. Sic anīa per
has vires tendētiā habꝫ ī bn̄dictā ꝛ ſctāꝫ
trinitatē. Nimirū qꝛ ad eā ꝛ ei⁹ ſilitudinē
facta ē eiuſq̄ꝫ imago ꝯſtituta ¶ Attribuim⁹
itaq̄ꝫ ſpūiſcō bōitatē. ꝛ ad hāc tēdit viſ ꝯcu
piſcibil̄. attribuim⁹ filio ꝟitatē ꝛ ad hāc tē
dit viſ rōnal̄. attribuim⁹ p̄ri potētiā maieſta
tē ꝛ gl̄iaꝫ. ꝛ ad Ħ tēdit vis iraſcibil̄. Oꝑꝫ
igit̄ vt his viribꝫ ſatiatis ꝑ ꝯiūctōeꝫ cuiuſ
libet cū ſuo ſupmo appetibili / aīa rōnalis
totalit̄ ſatiet̄ / q̄etet̄ et ſtabiliat̄. nā ſi delecta
tio ī bono ꝯueniēte ꝛ voluptatis ſuauita
te q̄rit̄ q̄d de aīe voluptate (btā marie) ſen
tiendū ē: Audiam⁹ q̄d ꝓpħa dic̄ ad dn̄m
Torrēte voluptatis tue potab eos. Omiſ

aũt delectatio ĩ infimis pl'aloes q̄ȝ mellis
habet/inq̄t ſatiricus/lingit cũ̄ mel in ſenti
bus ⁊ vrticis/ꝓpt' q̄ᷝ recte dic̄ Boetiꝰ. hȝ
hoc voluptas oĩs ꝙ ſtimulis agit fruẽtes
Si p̄terea q̄rit' veritatis cognitio ↄuertat'
aſpectꝰ ad v̄bũ diuinũ velut ad artẽ p̄mã/
cuiꝰ exẽplar verꝝ ẽ eſſe verꝝ. Si deniq; po/
tentia/ſi g'ia/ſi opulẽtia. ſi dignitas q̄rat'.
hec oĩa ẽ deus aĩe cũ diligẽti/q̄ꝛ ẽ merces
ſua magna nimis in q̄ ⁊ oĩa ſe poſſe gl'iat'
apl's. Oĩa inq̄t poſſuȝ in eo q̄ me ↄfortat.
Deus ḡ finis ẽ aĩe/⁊ eius vltia ꝑfectio/ipe
eſt velut cẽtꝝ. ⁊ locꝰ naturalis oĩuȝ deſide/
rioꝝ ſuoꝝ. Dũ ḡ in ſe deficit aĩa in ſalutare
dei velut ad nihilum redacta nulli iã alteri
nec ſibimet innitit' ſȝ ſoli deo/ vt ſue dulce/
dini/vt ſue v̄itati/vt ſue gl'ificatõi. dicẽs ꝓ
p̄mo. Renuit ↄſolari aĩa mea. mẽoꝛ fui dei
⁊ delectatus ſuȝ. Dicẽs ꝓ ſcd̄o/nihil arbi/
tratus ſuȝ me ſcire/ niſi ieſum xp̄m factus
ſtultꝰ ꝓpter ip̄m. Dicẽs ꝓ tertio/ vtinaȝ q̄
gl'iat' in dñõ gl'iet'. Ac ꝑinde nõ hñs q̄ vl/
terius tẽdat/aut q̄d vltra req̄rat/q̄etat' aĩa
in deo atq; ſtabilit' poſſidẽs in eo oĩa cete/
raq; ↄtẽnẽs atq; ꝑuipẽdens. ¶ Poſſent ad
hec explicanda v̄ba magis ac magis ſine
termino multiplicari/ſȝ apud expꝰtos hec
pauca vident' ſufficere. Nã inexꝑtis ſiue
rudibꝫ vel q̄ laborioſe pñt hũano admini/
culo excitari vt aĩuȝ ad amãdũ exercitarẽt
nll'a vnq̄ȝ v̄ba ad h̄ plene capiẽdũ ſatꝭ erũt

## Conſideratio. xliii.

agit de amoroſa oratõne ⁊ eius ꝓprietate.
eam etiam diffinit ſ̄m traditiões magnoꝝ
viroꝝ ſtudioſiſſime.

S p Roprietates ⁊ ↄditões amoris
ac theologie myſtice q̄ ſup̄ dicte
ſunt/etiã orõni ꝑfecte ↄueniẽter
aſcribi pñt. Huius rö eſt. q̄ꝛ in
aĩa ↄtẽplatiua amoꝛ/⁊ myſtica theologia.
⁊ orõ ꝑfecta/aut idẽ ſũt/ aut ſe inuicẽ p̄ſup
ponũt. Nã vt p̄ȝ ex ſup̄ dictꝭ. myſtica the
ologia eſt cognitio expimẽtalis habita de
deo ꝑ cõiunctiões affectus ſpũalis cũ eo/
dẽ. dũ. ſ. iplet illud apl'i. Qui adheret deo
vnus ſpũs ẽ/q̄ nimiꝝ adheſio fit ꝑ extaci/
tũ amoꝛeȝ. Teſte btõ Diony. Rurſus hec
eadẽ myſtica theologia dꝛ ſapĩa ꝓut inter
dona reponit' a ſapore. ſ. q̄ſi ſapida ſciã. vo
cat' p̄terea a diuino Dionyſio irrõnalis ⁊
amẽs ſapĩa/eo ꝙ ſupat rõnẽ ac mẽtẽ/trãſi/
liẽs in affectũ. nõ q̄lẽcũq; ſȝ puꝝ ipſiq; mẽ
tali intelligẽtie correſpõdentẽ/q̄ affectu vi
det' deus a mũdis corde. Videt' inquã q̄ꝛ
ſentit' ⁊ guſtat' iuxta ꝓmiſſionẽ xp̄i. btĩ mũ
do corde q̄m̃ ipi deuȝ videbũt. ⁊ ſ̄m illud
Greg. in omel'. Amoꝛ ipe noticia ẽ. ¶ Nũc
v̄o recogitemꝰ de q̄ incepit ↄſideratio. q̄d
eñ ẽ aliꝺ orõ ꝑfecta q̄ȝ hmõi expimẽtalis
⁊ affectual' cognitiõis noticia: Orõ q̄dem
deſcribit' ꝙ ẽ eleuatio mẽtꝭ ĩ deũ ꝑ piuȝ et
hũilẽ affectũ. Ecce ꝙ orõ trãſcẽdit mẽtẽ et
ſpm̃. ꝓ q̄nto mẽs ⁊ ſpũs dicũt vim cogni
tiuã itellectiuã. trãſit eñi ſup̄ ꝑ deſideriũ ꝑ
piũ ⁊ hũilẽ affectũ. ſȝ q̄lẽ affectũ: affectũ v/
tiq; mẽtalẽ aut itellectualẽ ſup mũ. ⁊ ñ ſolũ
ſenſualẽ aut rõnalẽ/alioq̄n nõ eſſȝ orõ ꝑfe/
cta/q̄lẽ loq̄mur ⁊ q̄lẽ deſcribit apl's cũ dic̄
Orabo ſpũ/orabo ⁊ mẽte. ſpiritũ ibi ꝓ vo
cis inſpiratõe. mẽtẽ v̄o ꝓ ſupiori aĩe porti
one accipit. orõ eĩ ſolũ ĩ voce aut imagĩati
one v̄ſata/caret ſuo ꝑfectõis ↄplemẽto/trã
ſeat neceſſe eſt ad mẽtẽ ⁊ coꝛ/quẽadmodũ
dicebat dauid ad dñm. Inuenit ſeruꝰ tuꝰ
coꝛ ſuũ vt oret te. Sic p̄terea mos eccl'ia/
ſticꝰ habȝ hortari ppl'm añ orões vl' grãꝝ
actõem ⁊ dicere. Surſũ corda. Recte q̄dẽ
h̄ facit/ne ꝓphetica illa maledictõe notare
tur q̄ dicit. Populꝰ hic labijs me honorat.
coꝛ aũt coꝝ lõge ẽ a me. Hãc btũs Antho
niꝰ heremicola. hãc ceteri eleuati p̄res ſen
ſerũt dicẽtes. Oröeȝ nõ ĩ ſtrepitu vocũ/ñ
ĩ ↄpoſitõe v̄boꝝ/ſȝ ĩ affectõe pioꝝ puroꝝ
q; deſiderioꝝ ita vt crebro neſciat orãſ nec
intelligat ſe aliq̄d poſtulare. Sic docȝ an/
thoniꝰ. Quare h̄: q̄ꝛ ſup̄ ſe ꝑ intellectũ ne
quaq; mẽs ſic affecta reflectit'. neq̄; ↄpo/
nit aut diuidit. ſȝ puro ſimpliciq; actu de/
ſiderij vel amoris ĩ eo q̄ᷝ ẽ oĩne bonũ fert/
pauſat/ſopoꝛat'. q̄ſi dicẽs cũ ꝓpha. In pa
ce in idip̄m doꝛmiã et req̄eſcã. ¶ Ex p̄miſ/
ſis eluceſcit clariꝰ/ꝙ myſtica theologia et
orõ ꝑfecta in h̄ ↄueniunt ꝙ vtraq; ponit'
in vi affectiua ſupioꝛe. ⁊ ꝙ vtraq; eſt reſpe
ctu p̄mi ⁊ ſũmi boni. Et ẽ ipiꝰ amoꝛ q̄daȝ
purꝰ/aut ip̄m ↄcomitãs vl' gignẽs vl' ſup
ponẽs. cui amoris ꝓprietateſ quas ſup̄ po
ſuimus vtiq; ↄueniunt.

## Conſideratio. xliiii.

orõis ꝑfectões ⁊ vbi eiuſq; effectũ ⁊ p̄ſtin
ctũ orãtis quã ꝑ q̄bꝰ offert' ponit ⁊ ipius
proceſſuȝ q̄ ad p̄cellẽtiã

p T Erfectio ſeu felicitas aĩe rõnal'
ꝓ vita pñti magꝭ ĩ orõne ꝑfecta

ſeu theologia myſtica ꝗ̄ in ꝯtēplatōe intellectiua reponit̄. Contēplatio nāq̄ꝫ ſi nude ꝯſiderek ſine dilectōe vl' affectu ſubſeq̄nte/ iā arida eſt/inq̄eta ē/curioſa ingr̄a inflata ē Deniq̄ꝫ fit lōge ab illa pace q̄ exupat oēm ſenſū. Quapropt̄ ꝯcludere fas ē/ꝙ ſchola orādi laudabilioꝛ eſt ceteris paribꝫ ꝗ̄ ſchola lr̄as edocēdi. queādmodū ſchola religionis ꝑ affectu excellit ſcholā eruditiōis ꝑ intellectu. ¶ Proinde laus orōnis extatice ſeu pfecte colligit̄ ex ordine ſuo q̄druplici. videlicꝫ. ex ordine ad deū. ad ꝓpriū ſubiectū. ad primū/et ad inimicū. ¶ Prīo q̄dez ad deū. q̄m̄ ſibi ſoli dat gl'iam /adoratōez/ grāꝝ actōem/ꝛ honorē/eū ſibi amicū cōcilians. Ac inde ꝑ legem amicicie q̄ eſt idez velle et nolle /ipa qđ petit accipit/ꝛ qđ q̄rit inuenit. ſibiq̄ꝫ pulſanti apit̄. nō ſic itellectio aut q̄uis alia opatio. ¶ Scđo oratō ſubiectū ꝓpꝛium qđ inhabitat purgat. pficit. illuminat. q̄etans ipm. ſatiās atq̄ꝫ ſtabiliēs. ¶ Tercio orō iuuat primū nō vnū aut duos ſꝫ totū corp⁹ eccl'ie myſticū viuifico q̄dā influxu/nutrit/ꝛ capaciſſimo q̄dam materne beniuolētie ſinu/oīa eccleſie mēbra ſuaq̄ꝫ opa ꝯplectit̄. offerēs ea deo. ꝛ ꝑ his ſupplicās ꝛ impetrās tanq̄ꝫ q̄ſtuaria ḡtiſſima ꝑ indigentijs inopū ſpūaliuꝫ ſubleuādis. ꝛ ꝑ eleoſynis grāꝝ q̄rēdis atq̄ꝫ impetrādis/i magno ac miſerabili hoſpitali hui⁹ mūdi/imo ꝛ carceris ꝛ penal' purgatorij. ¶ Huic opi nulla exterioꝛ admonitio. nulla pꝛſus ꝯpabilis exercitatio ꝑt in efficaciā coeq̄ri. Nimirum qꝛ fruſtra hec oīa fiūt et vane ſi nō aduenerit orō iūcta charitati. Poſtremo nihil ita ſicut orō vires inimici ſeuictis pterit. nihil ita tendiculos laqueoꝝ ſuoꝝ euacuat et oſ̄dit. Alioq̄n nō dixiſſet ꝓpħa. Oculi mei ſꝑ ad dominū. q̄m̄ ipe euellet de laq̄o pedes meos Et iteꝝ. ꝓuidebā deū in ꝯſpectu meo ſemꝑ. q̄m̄ a dextris eſt mihi ne cōmouear. Et rex Joſaphat ad deum. Cū ignoram⁹ (inq̄t) q̄d agere debeam⁹: ħ ſolū habem⁹ reſidui vt ocl'os nr̄os ad te dirigam⁹. Quocirca bene iubebat dn̄s. Opꝫ ſꝑ orare ꝛ nō deficere. Sꝑ aūt orat. ſꝑ ocl'os ad deū habet/q̄ ſempꝫ pio humiliq̄ꝫ affectu deſiderat ¶ Deniq̄ꝫ de orōe quā cū vera ſapīa ꝛ myſtica theologia conuenire dixim⁹. de ei⁹ q̄ꝫ v̄tute ꝛ ꝯditōibus ac ꝓꝓetatibꝫ copioſis/ħ loco ſermo poſſet incidere. ſed de his remitto ad ea q̄ ſācti ꝛ doctores ſaluberrime tradiderūt. ꝛ p̄cipue Hugo de ſctō victore i tractatu ſuo quē de orōe ꝯpēdioſiſſime ꝛ ſubtiliſſime cōpoſuit. cui⁹ eſt ħ initium. Quo ſtudio q̄ue affectu orād⁹ ſit deus ꝛc. Legat̄ Guilhelm⁹ pariſien̄. i libello q̄ rhetorica diuīa intitulat̄. Legant̄ ꝛ ceteri q̄ orōnis ꝓpꝛietates/vtilitates ꝛ q̄bꝫ excludit̄/ q̄buſq̄ꝫ ipedit̄/doctiſſime tradiderūt ¶ Supeſt vt de p̄ctica theologie myſtice i ſeq̄ntibus ꝓſequamur.

*Finit prima pars đ myſtica theologia ſpeculatiua.*

# Incipit prologus

eiuſdē in parte ſcđam de theologia myſtica practice ꝯſcripta ab eodē ſub. xij. ꝯſideratōibꝫ ſiue induſtrijs.

T Ractātes in lectōibꝫ nr̄is iā a multo ꝗ̄uis interrupto tpe đ theologia myſtica ſecuti ſumus ordinē i alijs ſciētijs obſuatū. vbi p̄us tradit̄ de ſpeculatiua ꝗ̄ p̄ctica. nihilomin⁹ hec ſcīa ſup̄ ceteras ml'tas ħ habꝫ ꝓpꝛium vt ſpeculatō in ea nec pfecte tradi nec plene itelligi poſſit. niſi practic⁹ p̄ceſſerit vſus. Quāobꝛem deinceps p̄ntis opis erit tradere ſub aliq̄bus ꝯſideratōibꝫ modos ꝛ vias q̄bus ad theologiā myſticā habeat̄ acceſſus. Perq̄rere eni q̄d ſit theologia myſtica/ꝛ in q̄ vi aīe reponit̄. ꝛ de drr̄ia ei⁹ ad ſpeculatiuā theologiam/ꝛ ſimilia q̄lia prelocuta ſunt. nō ſatis eſſe debꝫ homi xp̄iano/pſertim eccleſiaſtico. op⁹ exercitatioq̄ꝫ req̄rit̄/qđ vt fiat ꝓdeſt nō mediocriter apire ea que ad opus aggrediēdū finiēdūq̄ꝫ neceſſaria ſūt vel accōmoda vt obuēnt̄. q̄ etiā pturbare ſolebant opantem vt vitent̄/q̄ꝝ elucidatio nos expediret ab his oībꝫ q̄ in ħ negocio tractāda pridē ſuſcepimus. ¶ Et dicim⁹ i p̄mis ꝙ magiſterium theologie myſtice ꝛ orōis extatice ſeu pfecte ieſus chriſt⁹ ſibi ſoli ſueq̄ꝫ volūtati retinuit. nec ad illđ humana ſufficit induſtria. ꝗ̄uis ipa non debeat penit⁹ derelinqui. Eteni ſi oē datū optimū ꝛ oē donū pfectū deſurſū ē deſcēdēs a patre luminū/pſpicuū habet̄ ꝯſideratōis hui⁹ p̄ncipiū. qđ donū pfecte orōis pfluit a diuīa volūtate tenente lucē in manibꝫ. ſicut Job notat/ꝛ exponit Greg⁹. ꝙ dum vult illuminat/ꝛ claudit dū vult. Ceterū ꝙ hūana nō ſufficit induſtria poſteri⁹ elu-